




BIBLIOTEKA

Zakł. Nar. im. Ossolińskich

XVII 3.797







786

HISTORIA ET VINDICIÆ

B. R I C H E Z Æ  
COMITISSÆ PALATINÆ RHENI  
REGINÆ POLONIARUM

3  
cum genuina Genealogia ejusdem, & antiquissimorum Comitum Palatinorum Rheni, atque aliorum Principum & Procerum Europæ, qui ab Ipsa & LXIV. Beatis in linea descendente progrediuntur

O M N I A

Ex vetustis MSS. monumentis & diplomatis, post sexcentos annos,  
ex Archivis in lucem producta.

O P E R A

ÆGIDIÆ GELENII Canonici & Scholastici S. Andreæ  
Coloniensis.

Nobili clarissimo Viro D. Reinardo cœlostr.  
1. V. 2. sereniss. Iulie Cluia Montium Duxij  
coadjutor et commissario, Literar. varijs olyj sui symbolum et  
obscurantiae besseram offert auctor

COLONIÆ AGRIPPINÆ.

Cum Licentia & Privilegio apud PETRUM GYMNICUM Civem & Bibliopolam  
juxta portam Flaminiam.

ANNO Christi M. D C. IL.

4.851

## BENEVOLO LECTORI.

**Q**uemadmodum, Benevolē Lector, homines oculorum aciem perspicilio armātes, existimant codem, quo vitra, colore omnia tingi, ita calami sinistrā scriptorum' opinione imbuti, posteritati referunt liuidas censuras: Sic Ālius Lampridius Ethnicus Scriptor pessimo colore Augustissimam Heroinam Alexandri Seueri Cæsaris matrem Diuam Mammæam depingens ait: *Cum (Alexander) puer ad Imperium pervenisset fecit cuncta cum matre, ut illa videretur pariter regnare, mulier sancta, sed auara & auri atque argenti cupida.* Ita per hominem à sanctitate Christianæ fidei alienum, quod ab ipsa, quam *santam* appellant, de ludorum & spectaculorum immensis sumptibus ad pauperum alimoniam deriuatum fuīt, non parsimonia & charitati erga proximos, sed avaritiae & cupiditati attributum est; proinde Mammæa honorem iustâ defensione propugnant duo Clarissimi Soc. IESV scriptores Petrus Halloix Leodium in defensione Origenis pag. 137. & Hermannus Crumbach Vbius in vindiciis Virsulanis pag. 332. quorum hic Mammæam non solum ab avaritiae & ambitionis maculis vindicat, sed etiam pro Christi nomine martyri lauream adeptam ostendit: Eandem cum Diua Mammæa iniuriam, cum aliæ sœpè Viragines, tum passa est Dua RICHEZA Comes Palatina Rheni & Poloniarum Regina Fundatrix in Vbiis celeberrimi Bravvilerensis monasterii, & cæterarum Ecclesiarum liberalissima doratrix, cuius honorem ab avaritiae & ambitionis nota propugnardum ante plures annos suscepit, hortantibus diuersis, imprimitis Excellentissimo Abrahamo Bzouio Polono, sed opusculum variis impedimentis ab euulgatione præpeditum, nunc dum omnis Principum reverentia à rebellibus passim subditis exsultur, sic vulgandum existimauit, ut vna ostendam, modernos Europæ Proceres Sacrosancti generis sui nativam vim ab Ipsa & aliis sexaginta quatuor Diuis Maioribus hausisse.

## Ex litteris quondam Clarissimi viri Domini ABRAHAMI BZOVII Poloni Bibliothecarii Pontificij, ad D. ĀEGIDIVM GELENIVM, &c.

**D**e vestra & nostra RICHEZA, quam Dominatio tua illustrare pergit, non alia potui videre quam quæ nostri Historiographi Polonæ incuriositati prodidere. Illius Integritatem & Innocentiam, si Dominatio tua, à contumelii atque calumniis vindicauerit, mihi imprimis gratissimum fuerit, qui Regum folia quam sanctissima eminere desiderauerim, à quorum splendore vniuersorum salus. Proinde id quidquid est radiorum in RICHEZAM Dominatio tua contulerit, plusque libens legam. & si quis ex vestris Sanctis Colonienibus in meos quos præ manibus habeo annales Ordinis Prædicatorum pote- runt inseri, rapiam atque meos vel inuito Domino faciam. &c.

## CENSURA ORDINARII.

**E**x Commissione Censori Ordinarii diligenter perlegi Historiam viræ B. RICHEZÆ, & pro ea Vindicias Amplissimi Viri D. Ā. GIDII GELENII, Consiliarii Ecclesiastici & Historiographi sua Eleitoralis Celsitudinis &c. Canonici & Scholasticæ S. Andreæ nihil reperi ullius reprehensione dignum; quia in potius magno labore & cura eratam obseruo veritatem, qua panè sepius & vera statu virtutio, calumnias tantum non occumbebat: hanc autem in lucem protrahi & in libertatem vindicari, certe interest Reipublica. Tantogue legi hoc opus audiens maiusque cœsū, quod nuper inciderim in Auditorem quendam, inter Scriptores Germanicæ, qui ad nativitatem BLANCAM quoque Reginam Francie, integrum & Sanctissimam mulierem, matrem S. LVDOVICI, calumnias effecit, non fecit ac B. RICHEZÆ contigit. Sed prodeat in lucem veritas, & sese legentium animis inficiet. Datum Coloniae, 27. Martii, 1649.

JOANNES MANTELIVS S.Th.D. Prior Augustin.

Sere-

XVII - 3797 - II

Serenissimo, Potentissimo, Augustissimo Principi  
IOANNI CASIMIRO POLONIARVM,  
Sueciæque Regi, Clementissimo Domino meo.

**A**uspicato Tuæ Maiestatis throno, inter benè appreçantes, ex Polo, in Poloniæ acciui precibus, & calamo ex Rheni partibus in Borislhenis Prouincias reduxi postliminio reducem vindicatamque à calumnijs Beatissimam Poloniarum, ex Rhenana Comite Palatina, Reginam RICHEZAM, Matrem B. CASIMIRI Regis Poloniæ, quem Tuæ Maiestatis Tritauus FRIDERICVS III. Imperator, Tritaui sui Zimouiti Massouiaæ Ducis Atauum. Ipsam Tritauiam censem, Ottonis verò secundi Romani Cæsaris & Theophaniæ Constantinopolitanæ Imperatricis ex Mathilde Filia Neptem, ab Augustissima origine repetitam. Sed cur hanc Tuæ potius Serenissimæ Maiestati quam Inclytæ memoriæ Regi Ladislao patri patriæ dicatam volui? Paucis dicam. Plura in Tuæ Maiestatis Persona similia & gratiosè cognata agnoui. Præsto est & CASIMIRI nomen, & Germanæ Matris natio, & familia ab Austriacis, Hispanisque Imperatoribus Regibusque deducta, & sicut ille B. CASIMIRVS propagandæ stirpis, & componèdi Regni causa ab Religiose Sanctimoniacæ clauistro ad Sceptrum authoritate Summi Pontificis translatus est, ita Tua Majestas ad Augustissimi generis Regnique conseruationem, commutauit Romanam, in Regiam Sarmatarum purpuram, & Galerum, in Diadema; cui vt vberrima cœlestis benedictio à tot, quot agnosco, Diuis domesticis, affundatur, scripto evocauit ex Tuæ Maiestatis Maioribus integras cohortes Beatorum, qui in carne existentes Ipsam Tuam Maiestatem progenuerunt, & nunc tanto impensius æternùm Dei visione & amore fruentes, quicquid Maiestas Tua agit, prospiciunt, & à Deo benedici & prosperari deprecantur, quanto Maiestas Tua illis est sanguine & moribus coniunctior, à qua illi cura etiam non remittent donec Ipsa eorum numerum augeat, quod Maiestati Tuæ certò, sed serò propter subiectos populos & fidei propagationem, opto & precor. Coloniæ Anno 1649. mense Martio, die sacra B. RICHEZÆ.

TVÆ MAIESTATIS.

*Deuotissimus Cultor*

ÆGIDIUS GELENIVS Scholasticus  
S. Andreæ Coloniensis.

PYRAMIS REGIA  
commontrans Maiores

IOANNIS

CASIMIRI

Poloniatum Regis

Augustissimi.



Coptica Sarmaticis cedant mon-  
menta columnis

Et quo præse tuus Remule mu-  
rus habet

Regia dum moles atque augu-  
stissima surgis

Enumerans atavos Rex CA-  
SIMIRE-thes.

## IOAN: CASIMIRVS

Poloniarum & Suec. Rex coronatus 1649. 17. Febr.

Sigismundus III.

Poloniarum & Sue-  
ciæ Rex

Ioannes III. Rex  
Sueciæ & Wanda-  
liae

Gustaus  
Rex Sue-  
ciæ &c.

Margari-  
ta Regina  
Suecorū

Sigismū-  
dus III.

Rex Polo-  
niae

Catharina Iagel-  
onica Regina Po-  
loniæ

Bona Sfor-  
tia Dux  
Mediola-  
nensis.

Ferdinan-  
dus Cæsar  
Augustus

Carolus Archi-  
dux Austriae

I. Austria-  
eus

Anna Au-  
gusta Im-  
peratrix

Isabella Regna-  
na

Regina Navarre

ET

AT AVI.

Constantia Archidux  
Aufrizæ Regina Po-  
loniæ.

Maria Bauariæ  
Ducissa

Alberto v.  
Albertusq; Ba-  
ueria Ar-  
chidux

Comes Pa-  
latin. Rhei-  
ni

Anna Au-  
tria Ar-  
chidux

& Reginæ Anna de Candolla.

Ferdinandus I. Imp. F. Philippus Hispaniarum Regis,  
& Reginæ Ioanna Hæredis Hispaniarum

Schema

Ladislaus Rex Hung. & Bohemæ Filius Casimir R.  
& Elizabethæ Pol. & Bohemæ Reginæ

Ioana Regna-  
na

Hæres Hispaniarum F. Ferd. Aragon.

& Sicilia R. & Isabella R. Castellæ & Legionis

Philippus I. Hipp. Rex F. Maximiliani Imperatoris &

Maria Burgundie & Belgiam Hæredis

Ella Regna-  
na

F. Alfonfi R. Aragon. &  
Hippolyta Maria Sforzæ Ducis Mediolani

Ioannes Galeacius dux Mediolan. F. Galeaci Vice-  
com. & Bonæ Duci Sabaudie

Elisabeth Archidux F. Alberto II. Imp. & Elisabethæ

Reginæ Sigismundi Cætaris.

Catinirus ex magno Duce Lithuaniae R. Pole. F. Vla-  
desai Lagellonis R. Pol. & Sophiæ Kionia Duc.

Elba Filia Erici de Norbji equitis & illutris confi-  
liarij Regui, & D. Anna de Vincenstorff

Ericus Filius Abrahanni de Lohholm equitis & illu-  
tris Presidentis in Væstgothlandia &c.

Domina Cecilia Filia Magni Caroli de Eckæ equitis

& confiliarij Regui

Ericus I. de Trolle Suecicus Alandiz protex. Filius

Ioannis de Orebæj, & illutris D. Birgitæ Sturæ

**Schema Genealogicum exhibens per seriem propagationis Cæsares, Reges, &  
Proceres Europæ progredientes ex vtero B.RICHEZÆ Reginæ  
Poloniæ Comitissæ Palatinæ Rheni.**

<table border="1" style="width: 100%; border-collapse: collapse;"> <tr><td style="padding: 5px;">1. Hermannus Hedvigis Comes Palatinae Rheni &amp; nemoris.</td><td style="padding: 5px;">— A V I. —</td><td style="padding: 5px;">Otto II. Imperator.</td><td style="padding: 5px;">B. THEOPHANIA Imperatrix.</td></tr> </table>	1. Hermannus Hedvigis Comes Palatinae Rheni & nemoris.	— A V I. —	Otto II. Imperator.	B. THEOPHANIA Imperatrix.	<table border="1" style="width: 100%; border-collapse: collapse;"> <tr><td style="padding: 5px;">2. B. Ezzo Comes Palatinus Rheni &amp; nemoris.</td><td style="padding: 5px;">— PARENTES. —</td><td style="padding: 5px;">B. MATHILDIS Comitissa Palatina.</td></tr> </table>	2. B. Ezzo Comes Palatinus Rheni & nemoris.	— PARENTES. —	B. MATHILDIS Comitissa Palatina.
1. Hermannus Hedvigis Comes Palatinae Rheni & nemoris.	— A V I. —	Otto II. Imperator.	B. THEOPHANIA Imperatrix.					
2. B. Ezzo Comes Palatinus Rheni & nemoris.	— PARENTES. —	B. MATHILDIS Comitissa Palatina.						
<b>INDEX ALPHABETICVS</b>								
<p>Ostendens methodum inferendi Sanctos &amp; Beatos in hoc Ge- nealogicæ arboreis Schema.</p> <p>B. Adelbertus Comes Vitodurandus. E S. Adelheidus Imperatrix. lit. A B. Adolphus Schauenburgicus. HH S. Agnes Imperatrix. B B. Alfonius I. Rex Lusitanie. V B. Ansegisus Major domus Francie. A B. Amatus Sabaudus. F B. Arnoldus Mart. Comes Hollædie. Q S. Arnolphus Dux &amp; Episcopus Me- tensis. A &amp; M &amp; N S. Beatrix Atessina Regina Hung. T B. Begga Dueissa. A B. Bernardus Comes Lippenfis, Episco- pus. GG B. Bertha Clivensis. BB S. Canutus Rex Obotitorum &amp; Dux Sclavuv. CC &amp; DD S. Canutus Rex Dania. EE S. Carolus M. Imperator. A B. CASIMIRVS Polonia Rex. nu. IV. B. Christina Regina Suecia. DD S. Clodulphus. N S. Clotildus Regina Francorum. M B. David Anglus. AA B. Doda Ducissa. A S. Eadmundus Rex Angliae. B S. Elisabeth Regina Hungariae. FF B. Editha Imperatrix. B S. Elisabeth Regina Lusitanie. T &amp; V S. Ericus Rex Sueciae. DD B. Everhardus Comes Clivensis. BB S. Everhardus Comes Cismonensis. G B. Ezzo sine Erenfridus Com. Palati- nus. nu. 2</p>	<p>3. B. RICHEZA Regina Polo- niae, vxor Miceslai Regis Polo- niae.</p> <p>4. CASIMIRVS Rex Poloniae vxor Maria alio nomine Do- brogneua Filia VVolodomiri Regis Russorum, soror Ioroslai Principis.</p> <p>5. Vladislaus I. Rex Poloniae vxor Judith Fil. Vratislavi Bo- hemie.</p> <p>6. Boleslaus Crivvoustus, Princ. Polon. vxor Adelheidis Filia Hen. IV. Imperat.</p> <p>7. Casimirus Dux Massovia vx: Helena Belfensiæ Princeps.</p> <p>8. Conradus Dux Massouia vx: altera, Agatha Fil. Belæ IV. Regis Hungariae.</p> <p>9. Zimovitus Dux Massovia vxor Gertrudis Filia Henrici maioris Polon. Principis.</p> <p>10. Boleslaus Dux Plocensis vxor Pražislava Lithuana Fi- lia Troedemi Ducis.</p> <p>11. Zimouitus Dux Massouia.</p> <p>12. Zimouitus Massouia, vx: N. F. Nicolai Duc. Opauien.</p> <p>13. Zimovitus Dux Plocensis in Massovia, vxor Alexandra Lithuana soro rīgellonis Reg.</p>	<p>B. Gerberga Geldria Dynastæ uxor. BE S. Guilielmus Aquitania Dux. K S. Guilielmus Comes montis Pessu- lani. T S. Hildrgardis Regina Francorum. A S. Hedwigis Ducissa. P B. Humbertus Sabaudia Comes. F S. Hildegarde Regina Francorum. A S. Haraldus Rex Norvegiae. H B. Ida sine Iduberga Ducissa. A B. Ida Suenia Ducissa. B S. Itha Lotharingica Com. Bolen. L S. Iordanus Imperatrix Byzantina. S S. Leopoldus Marchio Austriae. B B. Lotharius I. Caesar. I S. Ludimilla Ducissa Bohemiae. C S. Ludicus Gallicus Rex. X B. Luduicus Landgravis Thuri- giae. FF S. Luthardus Comes Cliviae. BB S. Margarita Regina Scotie K &amp; AA B. Margarita Palatina. T &amp; CC S. Mechilida Imperatrix. A B. Mechilida Othonis II Filia, vxor Erzsonis. num. 2 S. Megengofus Gelria Prefectus. BB S. Olauus Norvegia Rex. H B. Pelagius Rex Austriae &amp; Legio- niæ. R B. Pipinus Dux &amp; Major Domus. A S. Ragnildis Suecia Regina. DD B. RICHEZA REGINA Polo- niae. num. 3 B. Rudolphus Rex Burgundie. A B. Theodoricus Lotharingus. O B. Theophanía Imperatrix. num. 1 B. Theresa Lusitana. Z B. Theobaldus Comes Compania. Y B. Vitikindus Rex Saxonum. D</p>						

14. ZIMBVRGIS DVX MASSOVIA VXOR ERNE.

15.	Catharina vxor Caroli Badenfis March:	Fridericus III. Austriacus Ro-
16.	Christophorus Badenfis Marchio, vxor Otilia Comitissa Cattimeliboci.	Maximilianus I. Romanorum Imperator
17.	Bernardus Mar- chio Baden- fisis.	Philippus Ba- denMarch:vx. Elisabeth Pa- latina.
18.	Christo- phorus Mar- chio Baden- fisis.	Anna Ia- cobe vxor Guil.Bau.
19.	Eduardus Marchio Badenfis.	Carolus Irelius Fride- ricus Comes Zolleranus.
20.	—	Irelius Frid. Cardinal. Ioan: Zolleran.
21.	—	Maria Cleophe- nupta Arschora- no Ducti.
22.	—	Maria Iacobé vxor Henrici Truchf.
23.	—	WilhelmusBa- deñis Marchio.
24.	—	Philippus I. Hispaniarum Rex Bur-
25.	—	Ferdinandus primus Roma-
26.	—	Carolus Archidux Austriae, vxor Maria Bauara.
27.	—	Ferd. II. Cæſ. &c. Ferdinandus. III. Ferd. Franciscus Auguſta do-
28.	—	Maria Anna Ba- Caesar . . . Anna, Phil.Au-
29.	—	uarie Ducifæ. Leop. Wilhelmus   gustinus &c. ca.
30.	—	Conſtantia vxor Ladislaus Rex Regia Polon- ia.
31.	—	Sigismundi Re- Ioan: Cafimirus Rex nica Proge- nies.
32.	—	Carolus &c.
33.	—	Ferdinand. & Mat- thias Duces Henn- ria.
34.	—	Vincent Mantua- nus.
35.	—	Christina Eleonora Du- vx. Guil: cis Lotha- ringia.
36.	—	Carolus Archidux Austriae.
37.	—	Gózagæ.
38.	—	Magdalena vx. Ma- gni Ducis He- truria.
39.	—	Margareta.
40.	—	Nicolea Claudia.
41.	—	Carolus, Franciscus.
42.	—	Nicolaus
43.	—	Irelius Frid. &c. Principes Zollerani.
44.	—	Comites Funftenbergici, &c.
45.	—	Anna vxor Egonis à Fürstenberg & Her- ligenberg.
46.	—	Elisabeth vx. Fer- dinandi Comi- tis de Reckum.
47.	—	Comites de Tauton & Falckftein.
48.	—	Duces Are- bergici & Ar- feontani.
49.	—	Domus Mat- chionu Bæ- densium.

# STI FERREI ARCHIDVCIS AVSTRIAE.

manorum Imperator, vxor Leonora filia Ferdinandi Catholici Regis Hispaniarum.

rator, vxor Maria Burgundia & Belgii haeres.

gundia, & Brabantia &c. Dux, vxor Ioanna Filia Emanuelis Portugalliae Regis.

norum Imperator.

Carolus V. Imperator.

Anna Archidux vx. Alberti utriusque Bauariae  
Ducis, cuius Parentes Gulielmus Senior  
Dux & Maria Iacobae Filia Philippi March.  
Badensis.

Guiliel: Dux utriusque Ferdinand. Dux Ba-  
bauar. Renata Lotha-  
ringica Filia Francisci  
Ducis.

Margarita vx. Philippus II. Hispania-  
Petri Luifii rum Rex.  
Ducis Par-  
mensis.

Alexander II.  
D. Parm. vx.  
Maria Fil. E-  
duardi Portu-  
gal Princ.

Carharina Philippus III  
Carha, vxor Caroli vxor Ema-  
Nuerfii. Rex Hispa-  
na vx. Luduici xiii. nuelis Du-  
Ducis Sabau-  
dia.

Victor Amadæus, Phil. Thomas &c. Duces Sabaud.  
Carha, vxor Caroli Fras & Ludu-  
Nuerfii. cius Maruani Marchio-  
Isabel: vxor Alfonsi Francisca Dux Principes  
Ducis Mutinæ. Mutinæ.

Renutius Dux  
Odoardus  
Cardinal.

Principes  
Parmentie.

Ferd. Com. à War-  
tenberg.  
Fräf. Guliel. S.R.I.  
Princ. Osnab. M.  
& Verd.  
Maximil. Soc. Iesu  
Erneft' Benno Cö.  
de Wartenberg.

Ferd. Elector  
Coloniensis.  
Albertus Dux Ba-  
uariae.  
Maximilianus Ele-  
ctor Bauariae.  
Magdalena vxor.  
Wolff Wilhel. Pa-  
latin Neoburg.

Henicus Maxi-  
milianus Co-  
adjutor Col.  
Ferd. Maria.  
F.I.W.

Comit. in Wartenberg  
Hachenburg & Schau-  
uenburgh Domini in  
Waldt.

Philipps IV. Rex  
Hispaniarum.

Reges Hispa-  
niarum.

Anna Maria Regi-  
Luduici xiv. Reges  
na vx. Luduici xiii. Francia.

Rex Francia.

François & Ludu-  
cias Maruani Maruaz.

Galliaz.

CATA

CATALOGVS BEATORVM QVI PROGENVERVNT MODERNOS PROCERES  
Europæ, seros nepotes Beatæ RICHEZÆ.

**P**ER multi, etiam eruditæ, Benevolæ Lector, sèpè mirantur quid homines impellat tantoperè, ut videmus, in Maiorum suorum ostentationem; & quidem aliqui minus naturæ & rerum vetustarum gnari, eam ostentationem censem esse quandam inutilem vanitatem: Verum si prudentiores rerum æstimatorum consulumus, non vanitatem sed censum Nobilitatis id esse deprehendemus, qui quanti semper sit habitus, ex Cicerone audiamus: Semper, ait, ita censuerunt sapientes in Herois familiis vim naturæ prestantiorem esse quam in reliqua multitudine, & virtutis semi-na generatione communicari liberis: Imo, vt Idem ait; tantam vim atque necessitatem possidet paternus maternusque sanguis, vt si quod decus ex eo profectum, non intermorri, se qua macula inde concepta, non facile elui posset.]

Merito igitur apud Nobilitatem inoleuit consuetudo ad generis sui reuerentiam conciliandam, ut Maiores suos, sèpè per sexaginta quatuor numero Tritauos demonstrent. Sed ego amplius aliquid hoc meo scripto audeo, quam illi ipsi sui generis demonstratores; nā ad souendam in sinceris pectoribus æstimationem Principum & Procerum alti in Europa sanguinis, loco sexaginta quatuor Tritauorum, quos solent Magnates in atrijs suis monstrare, collegi pro triginta duobus Atauis totidem Sanctos, totidemque Beatos, in vniuersum sexaginta quatuor Cœlites, non nullosq; Venerabiles Dei seruos, ex quorum sanguine, & progrediuntur, & natuam animi vim singulariter trahunt, hodierni Europæ Monarchæ, Principes, & Proceres; quos attexui genealogicæ arbori B. RICHEZÆ ex Palatina Rheni Comite Poloniarum Christianissimæ Reginæ, in Coloniæ Agrippinensis Basilica B. Mariæ Virginis ad gradus, eleuato supra humum monumento, conditæ.

Porro Beatitatis titulum, in illis quos commemooro, ego primus imponere non præsumpsi, sed inuentum inesse siui, sine præiudicio Apostolicæ Sedis, cuius est de vera sanctitate iudicij. Siui, inquam, inesse illis, quibus supra seculum vnum, aut in monumentis, Hagiologiisque, Dptychis, ac traditione Ecclesiæ ubi requiescent, aut à probatis Scriptoribus conceditur, licet publicis supremi Ecclesiæ magistratus suffragiis, non omnes sint per Apotheosin in Tabulas SS. relati, neque dubium est quin sint plures in Diuorum numero Beati, quam quibus Ecclesiæ authoritas Cœlitū venerationem euulgatis Diplomaticis indulxit, nisi quod in his omnis absit error, qui in priuatis traditionibus potuisselet

5

tuistet subrepere: si igitur omnes quantumuis Beati, vti & hæc, omniaque mea scripta, Romanæ Ecclesiæ & subiecta sunt. Si quis autem plures Sanctos aut suos Venerabiles maiores inferere voluerit, exemplar & methodum locumque facilè reperiet, in praesenti Schemate genealogico mihi non licuit propter angustias papyri, augustinorem deductionem contexere, & hanc metam statueram, ne transirem numerum sexagesimum quartum, cum alioquin in pluteo & sacro apparatu musæi mei plures ex Belgicis, Bauaricis, nostratisbus, & externis sacris Fastis collegerim Diuos Magnates, à quibus nostri Principes in linea descendenti progrediuntur, ut potè rectorum generatio, & semen cui benedixit Deus; & si in collaterali linea, cognatos afferre cuperem, infinitus fierem: Nunc sic mecum progredere, Bencuale Lector, ut quem Alphabeticus index designat Beatum Sanctumue, eius progeniem sub litera, vel numero repartam prosequaris, quo usque deducaris in genealogicæ arboris Schema, & sic ad Sancti, Cæsarci, & Regij sanguinis Magnates in eo comprehensos.

- [A] B<sup>\*</sup> PIPINVS LANDENSIS B<sup>\*</sup> IUVBERGA coniuges — S<sup>\*</sup> BEGGA Vxor B<sup>\*</sup> ANSICISI filii S<sup>\*</sup> ARNVLPHI ex Principe, Metensis postea Episcopi, & B<sup>\*</sup> DODÆ coniugum — Pipinus Heristallus & \* Alpais Comitissa, postea Venerabilis penitens — Carolus Martellus, vxor Suanhildis ex gente Theodonum Boioariorum — Pipinus Rex Francorum — S<sup>\*</sup> CAROLVS MAGNVS S<sup>\*</sup> HILDEGARDIS vxor, Regina Francorum, soror, probabili opinione, B<sup>\*</sup> VDALRICI Lausanensis Episcopi — Luduicus Pius Imperator — Luduicus Rex Germaniæ, cuius mentio in Bauaria Pia pag. 12. vxor eius Venerabilis \* HEMMA Regina, cuius meminit eadem Bauaria Pia pag. 19. — Carolomannus Rex Boiarie — Arnulphus Imperator Rex Lotharingie — Luthardis vxor Othonis Ducis Saxoniæ — Henricus Auceps cuius vxor B<sup>\*</sup> MATHILDIS discipula, & neptis alterius Venerabilis \* MATHILDIS ex filio Theodorico, quæ vidua, Heruordensis in Saxonia monasterij Sacerdos magna, pietatem & latinas litteras docuit (ex vita MSC. in mea Bibliotheca) — Otto Primus Imperator, vxor eius B<sup>\*</sup> ADELHEIDIS, Imperatrix Filia B<sup>\*</sup> RVDOLPHII II. Burgundiae Regis — Otto II. Romanorum imperator per quem commemoratorum Sanctorum nativa virtus transfunditur ad ulteriorem propaginem Procerum Cæsarei sanguinis vti numero I. in arbore B. RICHEZÆ.
- [B] S<sup>\*</sup> EADMUNDVS Rex Anglie cum sanctis \* ETELFRIDO Filio & \* EADMUNDO nepote ex Filia Sophia Heuldæ Domina pro fide Christi Martyr — B<sup>\*</sup> EDITHA Imperatrix secunda vxor Ottonis primi — Ludolphus Dux Sueviæ cuius vxor B<sup>\*</sup> IDA filia Hermanni Ducis Sueviæ — Otto Dux Bauariæ Fundator Assaffenburgensis Collegii — Henricus Dux — Conradus II. Salicus, Imperator — Henricus III. Imperator quem recenset

Bauariae pia pag. 37. Eius vxor B <sup>\*</sup> AGNES Imperatrix Guilemi Ducis Aquitaniae  
Filia —— Henricus IV. Imperator —— Agnes vxor S <sup>\*</sup> LEOPOLDI Mar-  
chionis Austriae —— Henricus Dux Austriae —— Luduicus virtuosus  
Dux Austriae —— Leopoldus gloriae Dux Austriae —— Henricus de  
Metlinga —— Gertrudis vxor Hermanni Marchionis Badensis —— Eli-  
sabeth aliis Agnes vxor secunda Meinardi Comitis Tyrolis —— Elisabeth  
vxor Alberti primi Caesaris —— Albertus secundus Caesar —— Leopoldus  
probus —— Ernestus Ferreus Archidux Austriae quo cum in claros nepo-  
tes propagatur sanguis, vt in arbore numero XIV.

[C] S <sup>\*</sup> LVDIMILLA Ducissa Bohemiae —— Vratislaus —— Boles-  
laus —— Dambrouca vxor Mesiconis —— Boleslaus —— Miecislaus  
cuius vxor B <sup>\*</sup> RICHEZA &c. prout in arbore genealogica numero 3.

[D] B <sup>\*</sup> WITIKINDVS Rex Saxonum —— Wigbertus —— Bru-  
no —— Ludolphus <sup>Otto</sup> —— Henricus Auceps —— in Ottone primo per  
Ottonem II. propagatur vterius prout num. I.

[E] S <sup>\*</sup> ADELBERTVS Comes Vitoduranus —— Adelheida vxor Her-  
manni Kyburgensis Comitis —— Manegoldus Comes —— Manegoldus  
junior —— Vlricus —— Hartmannus —— Vlricus —— Hedvigis  
Comes Kyburgensis vxor Alberti Habsburgici —— Rudolphus primus  
Caesar —— Albertus I. Caesar —— Albertus II. Caesar &c. prout lit. E.

[F] B <sup>\*</sup> HUMBERTVS Mauriennæ & Sabaudæ Comes, vxor Petronella Bur-  
gundia Comitis Filia, cuius consensu regno se exuens in cœnobium se recepit  
— Thomas Sabaudæ Comes, — Margarita vxor Hermanni senioris Kibur-  
gi Comitis —— Vlricus Kiburgi Comes —— Helvvigis vxor Alberti  
Habsburgici prout lit. E. Aliæ etiam sunt series progenerationis à B <sup>\*</sup> HUMBERTO  
hoc modo : B <sup>\*</sup> HUMBERTVS —— Thomas Com. Sabaudæ & Princeps  
Pedemontis —— Thomas —— Amadeus IV. vxor Sibilla Beugiaci  
Comes —— Amadeus V. vxor Iole, Filia Theodori Palæologi Mar-  
chionis Monferratensis —— Amadeus VI. vxor Bona Petri Borbonij Du-  
cis Filia — Amadeus VII. vxor Anna Bituricum Dux — B <sup>\*</sup> AMADEVS de-  
signatus quondam Fælix V. prætensus Pontifex, deinde ex Cardinale reli-  
gioſiſſimus Asceta — Margarita vxor Luduici III. Electoris Palati-  
ni — Philippus Elector Palatinus cuius vxor Margareta Luduici diuitis  
Bauariæ ducis Filia —— Elisabet vxor Philippi Badensis —— Maria Iaco-  
be vxor Gulielmi Senioris Bauariæ Ducis cuius filius —— Albertus duxit  
Annam Austriacam Ferdinandi I. Filiam, & stirps vterius propagatur in arbo-  
re genealogica B RICHEZÆ num. XIIIX. & XIIX.

[G] S <sup>\*</sup> EVERHARDVS Comes foro-Iuliensis fundator Cisonij, vxor Gisla  
Luduici

6

F. LUDUICI pīj Imp. — Berengarius I. Italīæ Rex & Imperator — Gisla  
vx. Adelberti Marchionis Eporediæ — Berengarius II. Rex Italīæ —  
Rosula vxor Arnulphi II. Flandriæ Comitis — Balduinus IV. cognō:  
Barbatus Fland. Com. — Balduinus Insulanus Flandriæ Comes — lu-  
ditha vxor Guelphi IV. cognomento fortis — Henricus Guelpho cognō:  
niger — Wulphildis vxor Rudolphi Brigantini & Rhætici Comitis in  
Phullendorff — Itha de Phullendorff vxor Alberti III. Com. Habsbur-  
gici cognō: diuitis — Rudolphus Comes Habsburgi — Albertus sa-  
piens Pater Rudolphi primi Imperatoris, per cuius progenerationem, Heroicæ  
naturæ ac virtutis semina communicantur vterius vti lit. B. & E.

[H] S\* OLAVS — Gisala Filia S\* Olai, à Wandalis supplicio affecta,  
vxor fuit Ortholphi Bilingi Angriæ, Westphaliæ, & Saxonīæ Ducis & Electo-  
ris, huic fuit mater Beitrada Filia S\* HARALDI Noruegia Regis, & pater Ber-  
nardus II. Saxonīæ Dux, ab ipso Ortholpho autem processit — Magnus  
Dux & Elector Saxonīæ — Wulphildis vxor Guelphi nigri cognō: For-  
tis — Wulsthildis vxor Rudolphi Brigantini &c. prout lit. G.

[I] B\* LOTHARIVS, LUDUICI pīj filius, humillimus monachus Prumiensis ex  
Imperatore factus, in Menologijs Benedic̄torum commemoratur ad diem 28. Septemb.  
Lotharius Rex Lotharingiæ — Lotharius Comes Provin-  
ciæ — Boso Marchio Tusciiæ — Willa vxor Berengarii II. Regis Italīæ, à quo genita Rosula vxor Arnulphi II. Flandriæ Comitis, & sic nativa vis &  
gloriæ decus deinceps in nunquam degeneraturam sobolem transfunduntur vt  
in lit. G.

[K] S\* MARGARITA Regina Scotiæ vxor Venerabilis \*Malcolmi Re-  
gis — Mathildis cognō: bona Regina Angliæ vxor Henrici I. Regis Angliæ — Mechtildis Imperatrix vidua Henrici Cæsarlis, deindē vxor Gode-  
fridi Barbatii Andegauensis. — Henricus II. Rex Angliæ cuius vxor Eleo-  
nora S\* GUILIELMI ex Aquitaniæ Duce & Picauensi Comite rigorosissimi Eremitæ  
Filia — Mechtildis Anglica vxor celeberrimi in historijs (addo ex Trithemij  
Chronico Ducum Bauariae in vulgi fabellis:) Henrici Leonis [Erat ī nepos, ex Ger-  
trude Filia: Lotharij Saxonis imperatoris & Richezæ ejus coniugis, nam hac, ab illa no-  
stra Diua, discreta est, licet ab aliquibus in vnam confundantur errore orto ex nomine Fra-  
tris Hermanni III. Archiepiscopi Coloniensis, cognomento Pīj & Diuitis, obiit hic  
anno 1099 cum sedisset annos decem, & parentes habuit Henricum Crassum Saxonie  
ad Visurgim Ducem, Ottonis Saxonie Marchionis Filium, Comitem in Northheim &  
Matrem Gertrudem, quam tradunt Ludolphi Marchionis Saxonie & Turingie ne-  
ptem ex Filio Egberto I. à me commemoratam lib. I. de magnitudine Coloniensi  
Synt. VII. Fundat. icem nostram ea ipsa S. AVCTOR: M Episcopum ex Treuiratu transfu-

lit in Saxoniam sed nostræ B.RICHEZÆ Frater Hermannus II. Archiepiscopus Coloniensis cognomento Pius & Nobilis , obiit 1055. cum etiam sedisset annis decem , & potuit B.RICHEZÆ Regina Poloniarum tanquam in Baptismo spondens. fuisse spiritualis mater & nomen suum communicasse Richezæ Imperatrici marita Lotharij Cæsar , si hanc statuamus octogenariam , cum Crantzio referente Augustam obiisse. 1141. Octoginta ferme annis ab obitu Diuæ RICHEZÆ. Mea tamen opinione propior est Synchronismus inter Hermannum pium diuitem , & Hermannum pium Nobilem , Archiepiscopos Colonensis Fratres germanos viriisque RICHEZÆ nam qui initium matrimonij inter Henricum Crassum Comitem Northemij , & Gertrudem matrem Richezæ Augustæ , referunt ad annum 1090 longè aberrant , cogereturq; affere e Hermannum III. Archiepiscopum Colonensem , inchoasse decennium Episcopatus sui , anno antequam nasceretur , cum obierit , 1099. sepultus Sibergæ , quæ ex archiis & monumentis loquor. Itaque potuerunt B HERMANNVS II. Archiepiscopus cognomento nobilis , & B RICHEZÆ Regina Poloniarum , nomen in lustralibus vndis reliquise Hermanno III. Archiepiscopo nostro , & sorori eius Richezæ Augustæ , potuitque ( quod Scriptores dicunt ) vtraque RICHEZÆ consanguinea fuisse S <sup>\*</sup> ANNONI Archiepiscopo Colonensi Hermanni II. successor , illius enim B. RICHEZÆ videtur fuisse executor testamentarius , quia eam se peluit , aut potius , si non eleuavit , sane transtulit , & monumento patulo more Beatitatis opinionem habentium , recondidit cum ingenti Cleri & populifrequentia , vti inscrispit S. Anno plumbæ tabulæ quam infra cap. 12. recitabo . & ex eo tempore in monumentis Ecclesiæ B. M. Virginis ad gradus , passim Beata , scribitur , pingitur , & habetur ; atque hinc in maioribus solemnitatibus dum Reliquæ exponuntur , & Colonia tumuli Sanctorum Veneratoribus patent , solebant olim frequenter , nunc rarius , pate re opercula quibus Diuæ RICHEZÆ corporis Venerabile pignus concluditur . teste Molano ad Martyrol. Vuardi 20. Martij , licet Historici dicant ibi : eam non Canonizatam : scilicet auctoritate Pontificis Romanii , cuius Colonensis Ecclesia est obseruantissima , sic quod B. Brunonis primi Archiepiscopi Colonensis patrui Magni Diuæ nostræ , patrocinium non iuuocet licet dictus B. Bruno in Tornacensi dicecesi honoretur officio nouem Lectionum . Sed reuertamur ad S. Annem translatorem B. RICHEZÆ qui Comes de Dassel , potuit etiam Rich: zæ Augustæ consanguineus fuisse , quia popularis erat , nam originem habuit Saxoniam , vt vult Letznerus in chron Dassell . Filius Vvidikindi de Dassel & Sophiae de Vvoldenbergh , erantque eius Aui 1. Adolphus Filius Luduici de Dassel & Iutta de Vvaldeck . 2. Adela de Freden . 3. Vvichboldus de Vvoldenbergh , & 4. N. de Sonnenbergh Vvoteri & Angelæ Filia , quæ pro distinctione Regiarum Richezarū hic inserenda erant : Richezas alias distinguat in ipsa vita cap. 1. & quoq; quosdam Cunones , capite 2. dummodo hic mouerim Richezæ Augustæ patrum fuisse Cunonem Palatinum Saxonia , Comitem Beichlinganum , cuius ego memini inter Dotatores

7

tores Colonensis diaecos in lib. I. de magnitudine Colonensi Synt. VII. & Crantius in Metrop. lib. V. cap. 32. & Saxon. lib. 5. cap. 15. Habuit iste Cuno vel Conradus liberos Sigfridum Palatinum Saxoniae, ab Hoiero Mansfeldensi imperfectum, cum esset captivus Henrici V. Cæsar, Ottonem Beichlingenam Comitem, & Cungundam coniugem Vigberti Comitis Goricensis, Burggrauij Leisnicensis: Habuit quoque quantum ex tabulis allatis à me dicto lib. I. Synt. VII colligitur, Fratrem Ludolphum qui Vverlas & partem Sylva Lur diaeci Colonensis dedit, dubio procul diuersum à Ludolpho Comite Zutphanensi Fratre B. RICHEZÆ, atque magis distinctum à Ludolpho Marchione Saxoniæ pare Egberti primi, auo Gertrudis matris Richezæ Augusta Hermanniæ III Archiepiscopi Colonensis. Itemque à Ludolpho Teisterbantij Comite, quem infra commemorabo sub lit. BB. Maximè autem diuersus est à Ludolpho Dassellensi patruele S. Annonis Canonico S. Cuniberti, quem in Necrologio Sibergensi obseruo, Kal. Aprilij: & rursus à Ludolpho & Adolpho Fratribus Comitibus Dassellensisibus, quos in archiuis reperio, rixisse temporibus S. Engelberti, & sub Henrico I. Archiepiscopo Colonensi dedisse pagum Linne sive Kirchlinne Sanctorialibus Tremoniensibus: Nunc regredior ad contextum gentis à B. MARGARETA Scotiæ Regina progressæ, in qua Henrici Leonis est Filius — Henricus iunior Dux Saxoniæ — Irmgardis vxor Hermanni Marchionis Badensis — Hermannus Marchio Badensis ex Gertrude Austriaca de Metlingen parens Elizabethæ Tyrolensis &c. vti lit. B.

[L] S\*ITHA Filia Godefridi Lotharingiæ Ducus vxor Eustachij Bilionei  
Guilielmus Bolioneus Dux Lotharingiæ — Gerardus Dux, cuius  
vxor Hadeviginis à Carolo Magno oriunda — Itha soror Theodorici Stre-  
nui, cuius mentio sub lit. O. vxor Radebodonis Altenbergi Comitis — Vver-  
nerus I. Comes Habsburgi — Otto Comes Habsburgi — Vverne-  
rus II. Comes Habsburgi — Vvernerus III. Comes Habsburgi — Al-  
bertus Comes Habsburgi — Rudolphus Comes Habsburgi — Albertus  
sapiens Comes Habsburgi — Rudolphus I. Cæsar &c. prout sub lit. F.

[M] S. CLOTHILDIS vxor Clodouci I. Regis Francorum — Clotharius  
Rex Suectionensis & Austrasiæ — Blithildis vxor Ansberti — Arnol-  
dus Princeps — S. ARNOLPHVS &c. prout lit. A.

[N] S\* LODVLPHVS aliquibus S. Flodulphus S. ARNVLPHI Filius, ex Mosellano  
Principe Episcopus, & demum Eremicola — Martinus Dux Mosellanus  
Chilbrandus Dux Mosellanus — Theodoricus Saxoniæ moder-  
ator pro Carolo Magno — Robertus Andium I. Comes — Robertus  
II. Comes Andium. — Hugo magnus Comes Parisiorum Dux Andiū  
Robertus Dux Franciæ — Adelheida vxor Balduini V. Insulani  
Comitis Flandriæ &c. prout lit. G.

[O] B<sup>\*</sup>THEODORICVS Strenuus Lotharingiæ & Alsatia Dux, obiit sanctus Monachus in Monasterio Mediolaci, vxor eius fuerat Gertrudis Filia Roberti Frisi Comitis Flan. — Theodoricus Alsatius Comes Flandriæ (auus maternus B<sup>\*</sup>PHILIPPI Comitis Namurcensis, cuius meninīt Cæsarius 2.1.8.c.) vxor Sibilla Filia Falconis Andegauensis Regis Hierosymarum — Gerardus Comes Egisheimij — Vdalricus Comes Egisheimii — Henricus primus Comes Egisheimij — Simon Comes Egisheimij — Henricus secundus Comes Egisheimij — N. vxor Alberti Hohenbergensis — Anna Rudolphi primi Cæsariorum vxor, ex quibus deinceps à successoribus non degener sanguis procedit uti lit. E.

[P] S<sup>\*</sup> HEDVIGIS ducissa Poloniæ Andechsiana & limitis Istriæ, cum marito Henrico barbato Duce castitatem, separata thoro, professa est, & plures in gente sua, Beatos ac Venerabiles Dei seruos & famulas habuit: sed quonia Aua eius, nomine Mathildis Heinsbergica, nostras fuit, priusquam seriu stirpis continuem, aliqua minus nota ex Vbiorum historia interfabor. Nam ODA de Valckenburgh, pientissima fundatrix Heinsbergenis Collegij ex marito Gozuno I. Heinsbergie Domino, genuit fundatorem Præmonstratensis Heinsbergie Parthenonum Gozunum II. proauum S. HEDVIGIS, & ex coniugio Adelheidis Palatinæ Sommersburgicæ, patrem Philippi Archiepiscopi Coloniensis, & Fratrum ac sororum eiusdem, videlicet: Gozuni III. Herimanni, Godefridi, Vdæ, Mathildis, Salomea, quos in diplomate scripto A. C. 1183. eo recenset ordine Philippus Archiepiscopus, hic spiritualem patrem & morum formatorem habuerat, Rhemis in Francia, B. Godefridum, ex insignis Collegij S. Andreæ Coloniensis Scholastico viro literatissimo, in decrepita etate monachum Hesterbacensem, quem commemorat Menologium Cisterciense ad diem 23. Decemb. & Cæsarius Hesterbacensis lib. 4. cap. 49. atque ego in vita B. Enfridi S. Andreæ decanni. Porro Philippus auunculus magnus S. HEDVIGIS, Colonensi Ecclesiæ prafuit & profuit annis XXIV. ab anno 1167. usque 1191. quo tempore multa cœnobia fundauit, plura territoria, & ambos Angriae Vestphaliaeque principatus, patrimonio S. Petri acquisiuit, soror vero Philippi Mathildis auia S. HEDVIGIS, nupta Dedoni Comiti Rochlitio, genuit Agnetem matrem S. HEDVIGIS, eiusdemque auunculum Philippum Sanctensem in nostra prouincia Prepositum, sub ann. 1290. &c. spectabant hec ex rebus Vbijs ad genus & educationem S. HEDVIGIS, nunc à diuertigio ad lineam progeniei. ] S. HEDVIGIS Ducissæ filius fuit venerabilis \* HENRICVS cognomēto pius maioris Poloniae princeps, qui in vita S. HEDVIGIS audit: Vir Deo Deuotus, & bonorum operum studiosus: idemque vt fidelis & strenuus Christi miles, Tartaris pro Dei populo constanter se opposuit fusōque sanguine mortem oppetiit anno salutis 1241. Vnde S. HEDVIGIS dicebat. multum gratulor ei quod profuso sanguine, tibi creatori suo, iam est coniunctus in celis. Vxor eius erat Anna Ottocari Regis Bohemiæ Filia, perchara S. HEDVIGI nurus, quo matrimonio genita

genita est — Gertrudis (*Teſte Henninges parte posteriore tomij 4. pag. 292.*) Zimouiti Massouici Ducis vxor, Conradi Ducis nurus; prout in arbore num. 9.

[Q] B<sup>\*</sup> ARNOLDVS Comes Hollandiae & Zelandiae — Theodoricus Comes Hollandiae — Florentius Comes Hollandiae, Zelandiae, Frisiae; vxor Gertrudis Filia Bernardi Ducis Saxoniae — Berta Bataua vxor Philippi I. Regis Galliarum — Luduicus VI. cognomento Crassus Rex Galliae, vxor Alexia Sabauda — Luduicus VII. Rex Galliae, vxor Constantia Filia Alfonsi VII. Hispaniae Regis — Margarita Regina vxor Bela III. Regis Hungariae — Andreas Rex Hungariae vxor Gertrudis Andechsiana — Bela IV. Rex Hungariae (cuius soror Constantia vxor Primislai Ottocari Regis Bohemiae, mater fuit Vvenceslai Regis, & per eius Filium Orthogarum, Proavia Nicolai Opavienensis Ducis, cuius Filiam coniugem habuit Zimouitus Massouius auis Zimbargia, reperiendus numero XII. in Schemate Genealogico; sed quod vna progenies sepe diuersis viis infundat se in B. Richezzi arborem, & per lineam descendentem in seros hodie Nepotes, hinc seriem continuando, Andreæ Regi Hungariae, ex Gertrude sorore S. Heduuigis Filius assignatur) — Bela IV. S<sup>\*</sup> ELISABETÆ Landtgrauiae Thuringiae Frater, Rex Hungariae, cuius Filia — Agatha (secundum Hieronymum Henninges parte posteriore tomij 4. pag. 290. in principio) vxor Conradi Massovici Ducis. vti num. VIII.

[R] S<sup>\*</sup> PELAGIVS Rex Asturiarum, Chindasvinti Gothorum in Hispania Regis, & Recibergæ, ex Fafila Cantabriae Duce, nepos — Erinenesenda vxor Alphonsi casti Regis Catholici — Vimeranus — Veremundus I. — Ranimirus I. Rex Gallitiae — Ordonius I. Rex Gallitiae — Alphonsus Magnus Christianissimus Rex — Ordonius II. Rex Asturum & Legionis — Ranimirus II. — Ordonius. III. Rex Legionis & Asturum — Veremundus II. — Rex Alphonsus V. — Sanctia vxor Ferdinandi Magni Regis. — Alphonsus Sextus Rex Legionis & Asturum — Vrraca vxor Raymudi Berengarij Comitis Tolosæ Fratris V<sup>\*</sup> CALIXTI. II. Papæ — Alphonsus VII. Tolosæ Comes, Hispaniae Imperator — Constantia vxor Luduici VII. Regis Galliae &c. per quos maiorum ingenita honestas splendorque continuantur in posteros vti sub lit. Q.

[S] S<sup>\*</sup> IORDANA Marchionissa Montis ferrati, Imperatrix Constantinopolitana, vxor Isaacij Commeni — Irene Imperatrix, vxor Cæsaris Philippi Sueui — Cunigunda vxor Vvenceslai Odoacris Regis Bohemiae, cuius mentio sub lit. Q. — Primislaus Odoacer Rex Bohemiae — Nicolaus Dux Oppavienensis cuius Filia, vxor fuit Zimouiti Massovici, uti in arbore B. RICHEZÆ num. XII.

[T] S<sup>\*</sup> GYVIELMVS ex Domino Montis Pessulanii, in monasterio Grādis sylue ordinis

ordinis Cisterciensis sanctissimus Monachus —— Guilielmus Montis Pessulanii Dominus, vxor Venerabilis \*MATHILDIS Odonis Burgundiae Ducis Fundatoris Archimonasterij Cisterciensis ex Filio Hugone neptis quæ post mariti obitum Monialis facta est in monte Ebraldi —— Guilielmus Montis Pessulanii Dominus, vxor Eudoxia, soror Alexij Comneni Imperatoris Constantinopolitani —— Maria hæres Montis Pessulanii vxor Petri Regis Arragonum —— Iacobus Arragonum Rex, qui deposito Regno in Populeto factus Ordinis Cisterciensis religiosus octogenarius obiit; vxor Iolenta Andreæ II. Regis Hungariæ, & S\*BEATRICIS Atestinæ Filia —— Petrus III. Rex Arragoniæ & Valentia, vxor Constantia, Manfredi Siciliæ Regis filia —— S\*ELISABETH vxor Dyonisi Regis Portugallie, —— Alphonsus Rex Portugallie —— Petrus Rex Portugallie —— Ioannes Lusitanæ Rex, vxor Philippa Landcastria, soror Henrici IV. Regis Angliae —— Eduardus Rex Lusitanæ, vxor Leonora filia Ferdinandi Regis Arragonum, — Leonora Imperatrix, vxor Frederici III. &c. prout num. XV. sed quia eodem numero arbor genealogica diuariatur in duos ramos quorum unus. Frederici tertij Imperatoris posteros profert; Alter Caroli Badensis seros Nepotes; qua ratione etiam in hos S. GUILIELMI montis Pessulanii Ducis, & sic sèpè in cæteros aliorum sanguis transfundatur, ostendo per varias taleolas, aliisque linea Genealogicæ brachia, nempe: S. GUILIELMVS I. Montis Pessulanii Dominus —— Guilielmus II. Monte-Pessulanus —— Guilielmus III. Montepessulanus —— Maria hæres Monte pessulana —— Iacobus Rex Arragonum —— Petrus Rex Arragonum —— Fredericus Rex Siciliæ, vxor Leonora Caroli Regis Neapolitani Filia —— Petrus Rex Siciliæ, vxor Elizabeth Dux Tarentina —— Beatrix vxor Ruperti Bauari Imperatoris Romani —— B\* MARGARITA Palatina vxor Caroli Lotharingiae Ducis quam scriptores, presertim Miræ in stemmatibus Principum, & vita M.S. in mea bibliotheca Sanctissimam fæminam fuisse docent & inter Beatas censeri. miraculis & rigore vite clarissimam, quæ à morte gloriofissimi mariti, in hospitali ægris & egenis seruuiuit per quinquennium Vidua, & obiit cum opinione Sanctitatis anno 1435. —— Catharina vxor Iacobi Badensis Marchionis —— Carolus Marchio Badensis & Catharina Austriaca coniuges prout num. XV. Et hi duo rursus Aui sunt Philippi Marchionis Badensis, per cuius filiam Mariam Iacobam vxorem Guilielmi Ducis Bauariæ nobilissimus sanguis reunitur & cum benedictione transfunditur in B. RICHEZÆ seros Nepotes Europæos Principes, prout videre est lit. F. Quin cum Domus Badensis Heroum sit fœcundissima, dicti coniuges Carolus Marchio & Catharina Austriaca, inter sex quos procrearunt liberos, habuerunt Filium Christophorum Marchionem, ex Ottilia Comite Cattimeliboca progenitorem quindecim liberorum, per quos numeros

rosos nepotes, diversosque familiarum ramos produxit, exempli causa: si per rumpos genealogicos & taleolas eamus in diversas stirpes: Sibylla Badensis Marchionissa Christophori & Ottiliae Filia, nupsit Philippo Comiti Hannoviano hinc —— Joanna Hannoviana uxor Guilielmi Comitis Ebersteinij —— Cunigundis Ebersteinia uxor Joannis Christophori Zymmerensis Comitis —— Joanna Zymmerana uxor Comitis Joannis Truchsesij —— Cunigundis Truchsesia uxor Georgij Comitis de Koningsegg, Patris —— Joannis Jacobi & Berchtoldi Comitum de Koningsegg, Rottenfels, & Aulendorff, majoris Ecclesiae Coloniensis Canonicorum & Scholastici, &c. quorum Frater Comes Hugo de Koningsegg duxit, Mariam Renatam Filiam Principis Joannis Georgii de Hohenzoller, cujus mentio in arbore B. RICHEZÆ numero gradus XX.

[V] B\*ALPHONSUS I. Rex Lusitanie obiit 1185.22. Novemb. nonagenario maior, uxor Mafalda Comitissa Maurienæ —— Sanctius II. Rex Lusitanie, uxor Dulcis, Filia Raymundi Comitis Barcinonæ & Urracæ Arragonensis conjugum —— Alphonsus II. uxor Urraca Filia Alphonsi octavi Regis Castellæ —— Alphonsus III. uxor Beatrix Filia Alfonsi X. Castellæ Regis —— Dionysius Rex Portugallie, & S. ELISABETH uxor &c. prout lit. T.

[X] S\*LUDVICUS IX. Franciæ Rex, uxor Margarita Filia Raymundi Berengarii Comitis Provinciæ Phocensis —— Philippus III, uxor Isabella Filia Jacobi primi Regis Arragoniæ —— Philippus IV. cognomento Pulcher, Rex Franciæ, uxor Joanna hæres Regni Navarrei —— Isabella uxor Eduardi II. Regis Angliæ —— Eduardus III. Rex Angliæ, uxor Philippa Filia Guilielmi III. Comitis Hollandiæ —— Joannes Gandavensis, uxor Blanca hæres Henrici Comitis Landcastriaæ —— Philippa Landcastria soror Henrici IV. Regis Angliæ, mater Eduardi Regis Portugallie vti in lit. T.

[Y] B\*THEOBALDUS Comes Campaniæ Rex Neapolitanus, uxor Margarita Filia Archimbaldi Magni Ducis Borboniæ —— Henricus Comes Campaniæ Rex Navarræ, uxor Blanca Filia Roberti I. Comitis Artesiæ —— Joanna uxor Philippi Pulchri Galliæ & Navarræ Regis prout lit. X.

[Z] B\*TERESA Sancti Lusitanie Regis Filia, Alphonsi IX. Legionis Consobrina & uxor, tribus generatis liberis, obiit Lovanii Sancta monialis, ob miracula memoriam celebris 17. Junij —— Ferdinandus III. Rex Legionis, uxor Joanna Filia Simonis Comitis Pontiui —— Leonora uxor Eduardi I. Regis Angliæ —— Eduardus II. Rex Angliæ &c. prout lit. X.

[AA] B\*DAVID Regis Venerabilis \*MALCOLMI pii, & S\*MARGARITÆ Scottiæ Reginæ Filius —— Henricus Nortumbriæ Comes —— Ada soror Guilielmi \*\*\*

ielmi Regis Scotorum, uxor Florēntii III. Comitis Hollandiæ —— Guiliel-  
mus I. Comes Hollandiæ, uxor Adelheida Ottonis Geldri Filia —— Flo-  
rentius IV. Comes Hollandiæ, uxor Mechtildis Filia Henrici Ducis Brabantie  
—— Adelheida uxor Joannis Comitis Avenensis —— Joannes Aven-  
ensis Comes Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Frisiæ, &c. uxor Philippa Filia  
Henrici Lutzenburgi —— Guilielmus III. cognomento Bonus Comes Han-  
noniæ, Hollandiæ &c. uxor Joanna Filia Caroli Valesiorum Comitis ——  
Philippa uxor Eduardi III Regis Angliæ &c. prout lit. X.

[BB] Venerabilis \* LUDOLPHUS aliis Lovo Comitis Reinoldi Teisterbantii  
filius —— Joannes Comes Clivia —— Balduinus Comes Clivie & Teister-  
bantia —— B\* EVERHARDVS, uxor B\* BERTHA, Clivia Comites, fundatores  
Novesiensis & Wischelensis Collegiorū &c. — S\* LUTHARDUS Comes Cliviae  
—— Balduinus II. Comes Cliviae —— Arnoldus Comes Cliviae ——  
Adelheida uxor curatoris Geldriæ, Venerabilis Ducis \* GODEFRIDI Franconis  
—— B\* GERBERGA uxor B\* MENGOSI de Ponte & Geldriâ —— Wichman-  
nus de Ponte Comes Geldriæ Frater S\* ADELHEIDIS Abbatissæ Vilicensis ——  
Wichardus de Ponte, cujus uxor Filia N. Nobilis Domini de Buren in Saxonia  
—— Adelheidis de Ponte hæres Geldriæ (quomodo ex his Geldrici sanguinis Cœ-  
litæ, intrent in B.Richerz æ arborem, & nepotes per domum Lotharingicæ dicam infra sub-  
lit. DD.) fuit vero Adelheidis prior Ottonis Nassovii uxor — Gerardus Nassovius  
Comes Geldriæ, uxor Hedwigis Filia Florentii II. Comitis Hollandiæ ——  
Henricus Comes Geldriæ, uxor Seinara Filia Godefridi III. Brabantie Ducis  
—— Otto II. Comes Geldriæ, Frater Margaritæ matris S\* ENGELBERTI  
Archiepiscopi Coloniensis & Martyris, uxor Richarda Filia Gerardi Juliae  
Comitis —— Adelheidis consors Guilielmi I. Comitis Hollandiæ, &c. prose-  
quere in lit. AA.

[CC] SANCTUS CANUTUS Dux Schlesvicensis & Rex Obotitorum ——  
Judita uxor Bernardi Electoris Brandenburgici —— Albertus I. Dux Saxo-  
niæ uxor Helena Ottonis IV. Imperatoris Filia —— Maria Barnimi Ducis  
Stetini uxor —— Hedwigis uxor Joannis I. Septemviri Brandenburg. Mar-  
chionis —— Otto Marchio Bandenburgicus, uxor Beatrix Filia Primislai Re-  
gis Bohemiæ —— Otto Longus Marchio Brandenburgicus —— Her-  
manuus Longus Marchio Brandenburgicus, uxor Anna Austriaca Filia Alber-  
ti I. Imperatoris —— Mechtildis uxor Henrici IV. Ducis Silesiæ ——  
Agnes uxor Loduici Legnicensis Ducis —— Margarita uxor Alberti Bavari,  
Hollandiæ & Zelandiæ Comitis —— Margarita uxor Joannis Intrepidi Ducis  
Burgundiæ —— Philippus Bonus Dux Burgundiæ, uxor Isabella Lusitana  
Regina —— Carolus Audax Dux Burgundiæ, uxor Isabella Filia Caroli Bor-  
bonii

bonii —— Maria hæres Belgij uxor Maximilia n. I. Imperatoris, uti in arbore B. RICHEZÆ numero gradus XVI. §§§§ Idem S. CANUTUS aliter hoc modo transfundit sanguinem suum in posteros B. RICHEZÆ: nam Judita Filia S <sup>\*</sup> CANUTI alterum generavit Filium Henricum Anhaltinum Principē à quo —— Heduvigis uxor Boleslai Lignitii Principis —— Agnès uxor Ulrichi Wittenbergici Comitis —— Agnes uxor Luduici Comitis Ottingensis —— Irmgardis uxor Adolphi Septemvir Palatini —— Robertus Septemvir Palatinus, uxor Beatrix Filia Frederici Regis Siciliæ —— Robertus Imperator —— B. MARGARITA<sup>\*</sup> PALATINA uxor Caroli Ducis Lotharingia —— Catharina uxor Jicobi Marchionis Badensis —— Carolus Marchio Badensis, cuius uxor Catharina Austriaca &c. uti num XV.

[DD] S <sup>\*</sup> RAGINILDIS uxor Ingonis Regis Sueciæ —— S <sup>\*</sup> CHRISTINA uxor S <sup>\*</sup> ERICI Regis Sueciæ —— Canutus Rex Sueciæ —— Ericus Rex Sueciæ, cuius uxor Richezi neptis commemorati sub lit. CC. S. CANUTI Obo|tritorum Regis ex Filio Waldemaro Rege Daniæ —— Ingelburgis uxor Byrgeri Ducis Ostrogothiæ —— Magnus cognomento Ladaleos administrator Regni Daniæ —— Ingelburgis uxor Erici noni Daniæ Regis —— Sophia uxor Conradi Brandenburgici Marchionis Electoris —— Walde-marus Marchio Brandenburgicus, uxor Agnes ejus gentilis Filia Hermanni Longi Marchionis Brandenburgici & Annæ Austriacæ Filia Alberti I. Caesaris —— Catharina uxor Magni Torquati Ducis Brunsuvicensis —— Catharina uxor Gerardi quinti Holsatiæ Comitis —— Heduvigis uxor Theodo-rici Comitis Oldenburgi —— Christianus I. Daniæ & Norvægicæ Rex, uxor Dorothea Brandenburgica —— Joannes Rex Daniæ, Sueciæ, Nortvægicæ, Gothorum, & Wandalorum; uxor Christina Filia Ernesti Electoris Saxonici —— Christianus II. Rex Daniæ, uxor Isabella Austriaca Philippi Hispaniarum Regis Filia, Caroli V. Imperatoris soror, quam reperties in arbore B. RICHEZÆ sub decimi octavi gradus numero. —— Christina uxor Francisci Ducis Lotharingia, qui Antonio & Renata Borbonia Mompensiæ Parentibus, Avis vero Renato & Philippa Geldrâ, proavis Friderico & Jolanta Andegavensi Filia Renati Regis Siciliæ, natus, Fratrem habuit Nicolaum pientissimum princiem Mercurii Ducem, mediate HENRICO Filio, Avum Serenissimi & Reverendissimi FRANCISCI Ducis Lotharingia, hoc tempore Episiopi Virdunensis, Prepositi & Decani Coloniensis &c. Per Francisci autem & Christinæ Daniæ conjugum liberos, ex Andegavensibus, Geldricis, Mompensiis, & propria felice beatag. Lotharingica, hereditarius successionibus acceptus & haustus sanguis cum benedictione Sanctorum in posteros transfunditur, uti in Schemate genealogicæ arboris B. RICHEZÆ num XIX.

[EE] S <sup>\*</sup> CANUTUS Rex Daniæ, Suenonis Filius, uxor Ethla Filia Roberti

Flandriae Comitis —— Ingelburgis (Soror B<sup>\*</sup>CAROLI DANI Comitis Flandriae, cognomento Boni, quem D. Aubertus Mireus in Fastis, & Ecclesiae Belgicae uti cœsum pro justitia Martyrem celebrant) uxor Falcungi —— Canutus Falconius —— Byrgerus Dux Ostrogothie &c. uti sub lit. DD.

[FF] B<sup>\*</sup>LUDVICUS Landgravus sive Provincialis Comes Thuringia, & SANCTA<sup>\*</sup> ELISABETH Filia Andreae Regis Hungariae, Conjuges, Parentes B<sup>\*</sup>GERTRUDIS Aldenburgi Abbatisse —— Sophia Filia S<sup>\*</sup>ELISABETHÆ uxoris Henrici II. Brabantini S<sup>\*</sup>ALBERTI Episcopi Leodiensis ex Fratre nepotis.

— Henricus Infans Hassiae cognomento magnanimus, uxor Mechtildis Filia Theodorici VI. Comitis Clivensis —— Mechtildis uxor Godefridi Comitis de Sigenhain —— Sophia uxor Alberti Ducis Saxonie inferioris —— Sophia uxor Alberti Ducis Brunsuicensis & Lunenburgensis —— Ericus Dux Brunsuicensis in Grubenhagen & Embeca, uxor Elisabeth Filia Ottonis Armpotentis Brunsuigi Ducis & Margaritæ Montensis Ducis —— Anna uxor Alberti III. Bavariae Ducis —— Albertus IV. utriusque Bavariae Dux, uxor Venerabilis \*CUNIGUNDA AUSTRIACA Filia Friderici III Imperatoris de qua in *Bavaria sancta Volumine* 2. pag. 348. —— Guilielmus V. utriusque Bavariae Dux, uxor Maria Jacobe Marchionissa Badensis, &c. uti num. 18. & XIX. & lit. F. item lit. T.

[GG] B<sup>\*</sup>BERNARDUS Lippiensium III. Comes, de consensu Heluvigis conjugis ad bellum sacrum contra Livones profectus, factus est Monachus & Abbas in ordine Cisterciensi, & demum à Filio Ottone Ultrajectino Episcopo, consecratus Lealensis vel Selonensis in Livonia Episcopus, Gerardum Filium suum, Episcopum Bremensem consecravit —— Hermannus Comes Lippensis & per uxorem Dominus de Rhede —— Bernardus Comes Lippiensis, uxor Adelheidis Filia Godefridi Comitis Arnsbergensis, neptis Henrici nobilis Arnsbergi Comitis, proneptis Beatæ memoriae \*HENRICI Comitis Arnsbergi, fundatoris monasterii Widinghausani, in quod contemptis mundi honoribus & delitiis, ingressus & vitam monasticam professus, inseri menologio Præmonstratenensi meruit —— Simon I. Comes Lippiensis —— Simon II. Comes Lippensis —— Margaritavxor Joannis XI. Comitis Oldenburgi & Delmenhorstani —— Conradus Comes Oldenburgius, uxor Cunigundis Comes Diepholtziana —— Christianus IV. Comes Oldenburgius, uxor Agnes Comes Honsteinia —— Theodoricus Comes Oldenburgius, uxor Hedwigis Dux Schleswigie & Hollantie, mater Christiani I. Daniae Regis, prout lit. CC.

[HH] B<sup>\*</sup>ADOLPHUS ex Schauenburgensi Comite rigorosissimus monachus Franciscanus, uxorem habuerat Adelheidem Filiam Burchardi Burggravi<sup>ii</sup> Magdeburgensis è Comitibus de Querfort —— Gerardus I. Comes Schauenburgi

11

venburgi Holsatia & Stormaria, uxor Princeps Megapolitanus — progenita à Ju:  
Henricus I. Comes Schauenburgi, &c. uxor Filia florentii Comitis anne Due cognos.  
de Bronckhorst — Gerardus magnus Comes Holsatia & mentu & heilige  
Schauenburgi, uxor Filia Joannis II. Dux inferioris Saxonie — erinope S.  
Henricus Ferreus Comes Holsatia, uxor Anna Filia Henrici Leonis  
Principis Megapolitani — Gerardus V. Comes Holsatia, Storm-  
maria Wachia & Ditmarsia I. Dux Schlesavicensis, uxor Catharina  
Filia Magni Torquati Duci Brunsvigii & Lünenburgi — He-  
duvigis uxor Theodorici Comitis Oldenburgi, mater Christiani I.  
Regis Danie &c. prout lit. GG. & lit. CC.

**H**ujus genealogicæ commentationis BENEVOLE LECTOR om-  
nia non omnibus placitura scio: potuissent nonnullæ stirpes  
directiores esse & breviores, sed quo pluribus Proceribus ad suæ gen-  
tis taleolas & surculos inferendum commodarem, rumpos sæpe con-  
nectendo per variantes familiarum traduces circuvi. Ubi discrepare  
scriptores genealogicos sciebam, secutus sum monumenta msca. hi-  
storias, & probatiores authores, inter quos censeo: Reverendissimum  
& Illustr: Dominum Bernardum à Mallinckrode Decanum  
Cathedralis Monasteriensis, Clarissimos viros Ioannem Gans Socie-  
tatis Iesu Theologum, & Joannem Jacobum Chifletium, Equitem &  
archiatrum Regium, amplissimos Dominos Christophorum Böt-  
gens S. Salvatoris, & Aubertum Mirum Cathedralis, Antwerpia:  
Prælatos &c. Si tamen erro, quod humanum, & in tanta stirpium  
commixtura primum est, Eruditorum judicio, correctioni, & moni-  
tioni aures patulas, animumque vacuum præbebo: ne vero libri hu-  
jus proœmialis pars, vacuas haberet pagellas, aut ipsa B. RICHEZÆ  
Historia cum vindiciis ab averso folii latere inchoanda veniret &c;  
ad implendas lacunas papyri, indulsi, Bibliothecæ meæ charo familia-  
ri, per illustri genere & ingenio adolescenti nobilissimo, centuriam  
extemporalium carminum fabricare & inferere, &c.

---

# E U C H A R I S T I C O N.

Quod admodum Reverendo Eximio

## D. ÆGIDIO GELENIO HISTORICO

Consiliario Electorali, Can: & Scholastico ad D. Andreæ, &c. Sibi amissimo, Serenissimam Poloniæ Regum Genealogiam recensenti & illustranti, Ferdinandus à Furstenberg Cathedralium Ecclesiarum Hildesheimensis & Paderbornensis Canonicus &c.  
Opere jam sub pœlo sudante accinebat  
Coloniæ Ubiorum.

**N**Ox erat, & somni placido mea lumina rama  
Atlantis proles vigili laffata Minervâ

Clauserat. Insolitus cum mentem ludere Morphæus

Cepit imaginibus doctoque Gelenius ore

Quæ nuper mibi fatus erat, repetita loquebar

Nesciis ipse mei, somnoque animatus amæno

Mirabar clausisse virum tot sæcla capaci

Pectore, & immerita dudum caligine noctis

Dannatas annas lucenti reddere Phabo.

Ille Palatinâ Divam de spirpe RICHEZAM

Sarmatiæ quondam Dominam post sena remotis

Tempora nota Atavis, Rheni prope littus, in Aula

DIVIPARÆ sacra, positam sub marmore vasto

suscitat, & ritæ renovat monumenta sepulta.

Inclite Hamaxov, unum geminam Regnator ad Arcton

Imperioque potens latè Russique Gothicique:

Illa Tuis est ex Aviis; Ille inde fluentem

Magnatum seriem (genitrix Berecynthia centum

Lata Deûm partu quot amat censere Nepotes)

Et Te Materna deducit ab arbore ramum;

Felicem Ramum felici è sripite natum.

Gratari sibi visa fuit decus Aultria tantum,

Et cognatus Iber, Bavaraque animosa Leones

Signa Domus famaque Duces super aethera noti,

Et Mitra, & Comites illustres ordine longo.

Lechiadæ ante omnes majori gaudia plausa

Testari, nec jam regno pepulisse feroces,

Regina redditu & parto gestre triumpho

Sepulta  
Coloniz  
in Eccle-  
sia B.M.  
Virginis  
ad Gra-  
dus.

Auditii,

Audit*i*, motisque fremens ter Vistula ripis  
 Nimbosumque caput quassans ter Carpatus ingens  
 Prodere latitiam. Spes est hac auspice Divâ,  
 Nunc iterum præsente novas in prælia vires  
 Donandas Regique novo gentique Polonæ.

Et simul hîc aderant, quales vicina citarunt  
 Iubila magnanimi Heroes, quos extitit inter  
 Vir gravis armorum cinctu, viridique senectâ  
 Spectandus, gladiis cur decussata, duobus  
 Palla crucis ritu talos pendebat ad imos.  
 Parma latus, qualem tribuit mihi stemma paternum,  
 Aldenburgiacis Trabibus depicta tegebat.

Obstupui mea signa videns: tum leniter ille,  
 Pone metum, dixit, generis sae sanguine nostri.  
 Non ignotus ego, Tydeus ego fortibus ausis  
 Elatus præstansque animi tibi sistor Achilles,  
 Una mibi tecum gens est & gentis origo  
 Aldenburgiacos per Avos deducta vetusto  
 Widkindo, qui marte ferox bella, horrida belle,  
 Narratur tortes Carolo movisse potenti.  
 Vvilmum dixerat, mibi dum vita superstes  
 Durabat, nomenque JUGO de PRINCIPE\* tractum  
 Omine non fortuna suo sed idonea ferro  
 Dextera, & in oculum generoso pectus honesto  
 Aequavit; Livonum quum me legerè Magistrum  
 Una iuri Proceres voto, clarusque Senatus  
 Teutonicorum Equitum. Charta mea bella loquaces  
 Aeternant sacrâ pro religione tuendâ  
 Et patriis pugnata foci; jam major olymbo  
 Gloria turpatos formoso pulvere crines  
 Fonte lavat Superum: tamen hactenus una momordit  
 Cura, quod heu quondam mea, tanto tempore, regna.  
 Islebius premat infelix, & catena pestis  
 Qua Suecus dirusque fovet contagia Moschus  
 Verum spes animo melior nunc surgit, ut alter  
 Ille CASIMIRUS tot Regum sanguis Avorum  
 A prisca Jagelone, RICHEZA & matre propago  
 Lechica sceptra capit, patriosque orditur honores

\*Furste-  
bergh.

Firma

Firmatos tanta & precibus reddituque Parentis.  
Ille erit, ille pr.or virtute Polonia cuius,  
Cælestes Zephyros Magni aspirante RICHEZA,  
Bellorum ponet fluctus. Pacisque quietem  
Sentiet, Æolix jam mitescente tumultu  
Sicut ubi tristis placantur cupidis ictu  
Pontus & equoreo surgentes monte procellæ.  
Ille Cosacorum metuendas conteret iras  
Militæ accitæ nexu. Thressæque superbæ  
Præsidio Lunæ studioque asperrima Martis  
Pectora tranquilli cogit mansuescere fatis.

Tunc vel Bellona Rigam vel Pace sequestrâ  
Restiuit Sacris Latis, qua Præsule quondam  
Meinardo didicit, qua Te Bernarde magistro  
Lippiadum gnato Comitum, quem Numinis ardor  
Imperium septo MARIÆ postponere CAMPO  
Impulit, & pietas Livonum vertisse Deastros,  
Et verum docuisse Deum, ritusque Latinos.

Marien-  
feld mo-  
nast.ord.  
Cisterc.

Sic ubi: cum somno jucunda refugit imago,  
Non etiam divinantis præsagia, rebus  
Et verbis grave pondus ineft, nec talia singit  
Porta laborato perfecta Elephante nitescens,  
Somniat aut Helicon: at spondent robora dextræ,  
Et mores REX MAGNETUI, virtusque RICHEZÆ  
Derivata, Tuis frangendos viribus hostes  
Ausoniique Tibris redditurum in fædera Dunam.

EJUSDEM IN PYRAMIDEM Conditione vacat JAGELLONICA  
Regiam Polonicam.

Quæ Ptolemaeorum clauerunt funera Quam non humanus condidit arte  
quondam labor;

Pyramides, alto conspicienda situ, At Divum virtus tæta fundamina molis  
Mortali quia structæ operâ, labentibus Iecit & etherios duxit ad usq; polos.  
annis  
Vltima fortunæ busta fuere sue. Nec mortis locus hic, Atavos nam vi-  
vere priscos,

Con- Testatur mores Rex CASIMIRE tui.

Typographica menda sic corrigi: in anteriore five proœmiali libri parte, apices arboris  
genealogicæ in proœlo motos, nonnihil retrahit ad sua signa. lit. K. linea 22. lege. Archicopisco-  
pos Colonies. Lit. L. in fine add. A. In altera parte ipsius Historiæ pag. 4. li. 9. lege filius p. 6.  
lin. 5. lege depellit. pag. 16. lin. 16. expunge Archi. pag. 22. ad finem lege ligaturas.

HIST.

HISTORIÆ ET VINDICIARVM

B. RICHEZÆ PALATINÆ

Reginæ Poloniæ

### Caput Primum.

DE NOMINE B. RICHEZÆ, ET DIVER-  
fitate ab aliâ Sanctâ ferè cognomine.



IS COLOR Scribentium est facies, variansq; ca-  
lamus; Stylum singit alter Diuiniorum literarum  
auro, humanæ philosophiæ minium manult alter,  
est qui pacis bellorumque alternans vices, clara-  
rum gentium cutias, tumulosq; vestiget, est quem  
pacatioris Camœnæ amantior penna vehat in æ-  
ternitatem. Mihi, ut probentur omnes, quotquot  
huiuscemodi in semente messem prouident seræ posteritati: diuersa  
tamen lubet orbita; Lubet sub ruinis seculorum gementia Maiorum  
acta vindicare; & archiuorum damnata latibulis ubi ceu blattarum  
pabula puendæ obliuioni imputrescant, honore suo conuestita de-  
nuo æternis memorie postibus inscribere. Lubet aureos Proauorum  
mores hodierni vitij æui, & nimium, heu! ferrei corruptelis expro-  
bitare; ut aureis huiuscemodi interpolata exemplis vetus tandem in-  
obrizum chalybs nostra resplendeat. Prolusi huic consilio meo nu-  
peris lucubratiunculis aliquot, cæloque aspirante maiora datus a-  
llias. Nunc B. RICHEZAM Poloniæ Reginam gentilitiæ coronæ gem-  
mam, æui sui decus, nostri facem tanquam nouum atque insolens in  
Arcto nostrâ Boreales inter Virgas notarum sidus ostendo. Utinam,  
Utinam quod millenis præcib. voueo barbarus Aquilo noster cæcus,  
fricens, inde moribus suis disciplinam, erroribus lumen, impietati vi-  
uificum deuotionis calorem mutuetur. Nomen ei ut dixi fuit RICHE-  
ZA, quod Italis ex origine vocis Longobardicæ diuitias significat, il-  
ludq; totidem, quod hic expressi characteribus insculptum reperi Richeza, id  
plumbeo eius Epitaphio, atque in diuersis exaratum diplomaticis est, diuitiaz,  
ac monumentis. Ab Authoribus tamen alijs variè scribitur quibus

## B. R I C H E Z A

Variæ le-  
ctiones no-  
minis Ri-  
chezæ.

Richeza a-  
mita ma-  
gna B.Ri-  
chezæ.  
B.Richza  
Confluen-  
tina.

Richza, Rixa, vel Riza indigitatur: est qui ex titulo Beata & Rixa nomine nomen componens Beaticem dicat Iuliacenses (vri à Clarissim Prouinciali Iuris Consulto sum edoctus) Ritzam, vel Richardam pro eodem usurpat nomine, & fortè hoc ipsum B. Reginæ nomine impositum est, ob memoriam amitæ suæ magnæ RICHEZÆ, matris Conradi Præfulis Constantiensis, Filiæ Ottonis primi, ex Adelheidis secunda coniuge, ut Author est Urspergenensis: Vetusq[ue]r quoque alterius Richezæ, vel potius Richzæ appellatio, in Augustali stemmata reperitur. Nam apud Confluentes Rheni & Mosellæ, inter Beatas collitur, Caroli Magni ex Loduico Filio (vti tradunt Confluentini) neptis, B. Ritzæ virgo, quæ quotidianis claret miraculis; aclicet vtraquæ Richza in eodem tractu Mosellano, contermina ferè possederit prædia, ea que sacris ædibus hereditario iure transcriperit: Nostra tamen Poloniæ Regina quæ zzz Martij fatis concessit, & in Colonensi B. Virginis ad Gradus Basilica quiescit, Cochemib/Clotten/ aliaque a Mosellam municipia olim tenuit, hæc vero Confluentina, quæ in Castro Castoris sacrâ æde hæmata est, ac tertio Kalend. Septembrib religios colitur, in Helfenstein/ trans Rhenum arce, traditur habuisse, & Beato Castori Legasse sua ad Mosellam bona, cum decimis in Cöller/ Weis/minori Cöfluentia, Arzheim/ Insula superiori Rhenana, &c. c. quæ reliquæ in editori rūba magno à Cöfluentinis honore afficiuntur.

## Caput Secundum.

### D E B. R I C H E Z A E N A T A L I B U S.

Q UOD VENUSINI POETÆ LYRA CANIT: Quid mēs rite quid indeoles  
Trista Faustis sub peneatralib. posse, quid Augusti paternus in pueros animi  
FORTES NEMPE erat fortib. & bonis Est in iuuenie, est in equis patrū Virtus,  
umbelle feroce Progenerat Aquila columba. Clarius liquet illustri B. Richeza ex  
suo, quæ à maximis Europæ Procerib. spiritum, & generositatē haue  
educationemq; indidem, ac domestica habuit exempla: Pater illi A  
Etius Ariouistus fuit, siue Ezzo Erenfridus, Comes Palatinus Rhei  
& Nemoris, monasterij Bravvilerensis Fundator, Aius paternus Hen  
richus, vir probus & nobilis audit in archiuis, Mater Beata Mathildis,  
Ortonis Tertij soror, secundi filia, primi neptis. Præter parentes  
eius plures eadem ex gente in Beatorum numerum refertur.  
Theophania videlicet, auia Materna Vxor Ottonis secundi, Ad  
delheidis proauia Vxor Ottonis primi, & Mathildis Abauia' vx  
Henrici Aucupis. Imo qui vitam Fundatorum Bravvilerensiū

## REGINA POLONIAE

B. Wolphelmo inscripsit, omnes Ezzonis filias vitæ sanctimonia & à Sanctæ ex morte virtutum clarissime operatione testatur; quas ut ipsas, ceterosq; eius cognatae eodem ex sanguine virtutibus, sanctitate, & dignitate illustres, vnitione. eo quasi contiuu benevolus Lector peruideat, ex Bravvilerano archiuo tabellam stemmatis hic intersero, & transcribo quam in historia mea Engelbertina euulgaram ante quadriennium beneficio Amplissimi Viri & Prelati D. Ioannis MUNCH Abbatis Bravvilerensis.

} HERMANNVS COMES PALATINVS cognomento  
Pusillus, non mediocri inter magnates Ottonis primi Imperatoris, authoritate pugnauit, pro imperio, contra Vngaros, Locumq; Bravviler  
hominibus habitabil. m primus fecit.

HELVIGA vxor; Hinc descendunt Fundatores Bravvilerenses

Ezzo vel Erenfridus Comes Palatinus apud consanguineū suum S. Vdalricum Episcopū Augustanū, etate iuuenis, aliquamdiu vixit, ac ramusculū media hyeme in eiusdem sancti manibus virescentem & florentē, in itinere ex equo desiliens assumpit, cumq; secreto diligenter conseruatū sponsa sua Mathildi post modū obtulit. Apud Ottonem I. Imperator. iam senem locum patris obtinuit, eiq; charus fuit, utr quoq; Ottoni Imperatori II. cuius tandem gener factus est. Theophania Imperatrici & Ottoni III. à consiliis fuit, dumq; cū Lotharingis S. Henrico II. Imperatori obniteretur, Duce Moßellanum Theodoricum iuxta Dernheim in prælio captum, ad castum suum Thonaburgh cum alijs abduxit, quos Imperator redemit, ac consilii putauit virum egregiū beneficijs placare, quam molestij vllis molestare, amicitiam eius expertijs, quam consecutus Insulam S. SVBERTI, Duisburgum & Salefeldt ei possidenda largitur. Fundauit hic strenuus vir, cum Coniuge suā, Monasterium Bravvilerense Anno 1024. in quo opere Beatum Popponem Abbatem Sancti Maximini, & Sancti Remacli directorem adhibuit, ac dedicationem primam per Archiepiscopum Piligrimum anno 1028. fieri curauit. Octogenarius tandem in Salefeldt duodecim Kalend. Iulij Anno 1034. obiit, eiusque corpus ad Monasterium Bravvilerense delatum, ab eodem Piligrimo, iuxta copus dilecta coniugis sue sepultum est. Vxor Ezzonis Beata Mathildis Ottonis II. Imperatoris Filia, & Ottonis III. soror, in Monasterio Essendiensi ab Amita sua instructa est, obiit vigesimo Nouembri anno millesimo vigesimo quarto. Cuius exequijs Piligrimus Archiepiscopus cum

Hezel. Com. Palat prædiū suū Bercheim cū medietate sylue que p̄ magnitudine sua (die Ville) dicitur, monast. S. Cornel. Indeis dedit. Aliā verò Nemoris partē frater eius Erenfridus Monast. Bravvilerensi conculit.

Henricus Comes Palatinus hic à Nepte suā Richeza Pol. Reg. accepto castro S. Oheim cū oppido adiacente, primus defensor seu Aduocatus prædijsue territorij Closensis factus est. fuit hic Henricus Fundator Lacensis monasterij, liberos non reliquit, præter priuignum ex Adelheide coniuge Comitessiclie. Siffridum Brabantinū, alius etiam est ab Henrico Palatino S. Amonis hoste, post quem hic diu superstes fuit.

Cle-

Clero Coloniensi per triduum intefuit, ad sepulchrum Ezzonis contigerunt miracula.

Ladolphus comes Zutphaniæ, Primipilaris seu signifer Archiepiscopi Coloniensis, tribus annis ante obitum patris mortuus 1031 in monasterio Bravvilerensi sepultus est. Vxor Mathildis, filia Ottonis Comitis Zutphaniæ.

Henri- Cuno Dux Ba-  
cus Co- uariæ. Hic post Pa-  
mes Zut trem & fratrem ad-  
phaniæ. uocatiam territorij  
Post bre- Bravvilerensis pri-  
ue tempus- mus habuit, prater  
mortuus, ducatum Bauaria  
in Ecclesia quem ab Imperato-  
Bravvile- re Henrico III rece-  
rensi ante ptit, at cum eiusdem  
criptam filie nubere contem-  
inter duas pisset, ducatu ex-  
columnas scit. Qui cum po-  
versus a- stea contra Impera-  
quilonem torem (auxilio fie-  
apud Pa- tuis Hungarorum)  
trem se- bella ageret veneno  
pultus est. extinctus, ac post a-  
liquot annos per An-  
nonens Archiepisco-  
pum Colonia trans-  
latus, in Ecclesia  
Beatae Maria Vir-  
ginis ad Gradus se-  
pultus est.

N. N. N.

Otto Dux Sueuorum  
Vir statura procerus, dum esset co-  
mes Palatinus Imperatori Henrico  
Conradi Imperatoris filio fideliter  
adhesit, ac pro ipso laboriosissime  
decertauit, ynde Imperator accepta  
ab eo Insula S. Sviberti &  
Duisburgo Sueuorum Ducatum  
ei commisit, Henrico Patrii e-  
ius filio ad Palatis officium sub-  
stituto, sed post tres annos Otto in  
Thonaburg. 7. Idus Septembris obiit,  
cuius mortem Archiepiscopus Coloniensis Hermannus fra-  
ter eius Xantis coram Imperatore  
ad expeditionem Flandrensem ac-  
cincto exhortationem ad plebem  
faciens, cum cognouisset, flebili  
voce finem allocutionis fecit & o-  
mnes ad lamē aincitauit. Missusq; est Bruno Episcopus Tullejus (postea  
summis Pötis factus & Leo IX.  
vocatus) vt eū in Bravviler sepeli-  
ret. Exequijs eius soror Richenza  
Regina Polonia multum tristis in-  
terfuit, ac eodē die omnem ornatū  
suum, & pretiosa queq; in diuinos  
imposterum commutanda cultus  
principali altari imposuit, accep-  
to q; à prædicto Episcopo sacro ve-  
lamine, caput obnubil sibi q; sepul-  
tura iuxta Fratrem fore dispositum,  
suoruq; fidei super hoc, quod id ipsū  
superfites ipsi fideliter cōpleteāt, ex-  
poscit, & vt id ratū fore literas de-  
super cōfectas, p̄prioq; sigillo mu-  
nitas, Monasterio Bravvile dedit.

Hermannus Ar-  
chiepiscopus  
Coloniensis.  
Nobilis dictus.  
Cum regnare cepi-  
set Henricus Conra-  
di Imperatoris fi-  
liae, exorta contra  
eū Godefridi Duci  
ac Balduini Comi-  
tis inuidia, multi  
passus est aduersa  
qua, quāvis cū diffi-  
cultate, Hermann  
tamen Arthiepiscop  
& Fratre eius Otto  
ne, quos prae omnib  
sui semper laborio  
gloria consortes ha-  
buit laboriosissimi  
secum decertantibus  
& gloriissime ad  
iuuantibus, super  
uit viuierfa.  
Hic Archiepiscop in  
stituit celebrari festa  
S. Vdalrici Episcop  
in Ecclesia Coloni-  
ensi, propter miri-  
culum præcipue Ra-  
muscū, quem patr  
suis Erenfridus oī  
supra natura ordin  
in manibus eiusdem  
Sætiissimi Antifun  
efflorentem, p̄ ostendit  
in terra, collegera-

Sophia Abbatissa Monasteriorum S. Marie Magdalene & in Bambersheim hanc vita S. Gothardilis 2. 4. &c. 14. scribit  
genitris dignatae claram à Pallgerotanum volviss confecari, &c. sed merito quia simul erat Magdalena sub Pallgero Abba-  
tissa, de qua plurimare eam S. Gothardus reprehendit, & reconciliata mortem predicti obiit an. 1038. Jan. optime merita  
de Ecc. & Clero Hildesheim.

Ida Abba-  
tissa Mo-  
nasterij S.  
Marie, q  
est Colonia,  
cui ad se-  
pulegium  
Beatitatis.  
Titulus  
adscribi-  
tur. Hæc à  
trithemio  
in Fraco-  
fuitensi a-  
pud We-  
chelios e-  
ditione,  
appellatur  
Wilichal-  
da; errore  
librario-  
rum com-  
posito vo-  
cabulo ex  
nomine.  
Wilich  
quod præ  
cedebat  
(vbi Ma-  
thildis scri-  
bebatur  
Abbatiss-  
sa) & ipsi-  
us quod  
subiuge-  
batur I-  
dæ no-  
mine.

Hilwigis Abbatissa monasteriorum Dederichen & Wilich.

Theopha-  
ni Abba-  
tissa XIII. Es-  
sendiensis  
Monasterij  
que virum  
moribus  
ageas. Esser-  
diense M-  
onasterium  
cum vniuer-  
sis officinis  
iam partim  
retinestate col-  
lapsis, ab ip-  
sis funda-  
mentis nouo  
erigens ope-  
re, mirabili-  
ter ampli-  
cauit; vnde  
& ibidem  
eius memo-  
riæ semper in  
benedictione  
erit.

Fuerat  
Præposita  
in Relling-  
hausen,  
obiit s.  
Martij,  
sepulta  
ante Alta-  
re S. Iaco-  
bi Essen-  
diæ.

B. Richeza Regina Poloniæ Miseconis  
Conunx genuit B. Casimirum Monachum Clunia-  
ensem, Ordinis S. Benedicti, & Diaconum, postea  
dispensatione S. Pontificis Polonia Regem. Hæc pro-  
pter pellicis instigationem ex Polonia, ad Imperato-  
rem Conradum in Saxoniam fugit; dedit Colonien-  
sia Ecclesia Salefeld & Coburg, acceptis à S. Annone  
Archiepiscopo vsufructuariè possidendis Dominica-  
tus sui villæ: Unclei / Muffendorff / Mutters.  
heim / Blasheim / (et vii videtur, Zonß / Frei-  
heit) Donationem verò S. Nicolao seu Cœnobio  
Bravvilerensi à Parentibus suis factam, non solùm  
ratam habuit, sed etiam de suo patrimonio plura  
bona adiecit. Clotten tamen vsufructuariè sibi re-  
seruauit, postquam proprietatem Abbati & Mono-  
sterio Bravvilerensi contulisset. Item ex eius mune-  
ribus & thesauris Monasterium nouum, destructo  
veteri, validioribus fundamentis edificatum est, cuius  
Ecclesiam S. Anno Archiepiscopus presente etiam Ei-  
gelberto Mindensi Episcopo, denò consecravit, 3. Ca-  
plen. Novem. an. 1061. sub Tegenone Abate secundo.  
Aliud quoque Monasterium eius sumptibus con-  
structum est per Alberonem Episcopum Herbipolensem  
in loco ubi S. Kylianii sociorumq; eius sacrum extat  
martyrium; utpote cuius Episcopum ex eiusdem Re-  
gina numerosa familiarium clientela, cum omnibus  
que ad oppidum Salgo pertinent, regiā prorsus  
munificentia ad auctum est. Præterea pro commodo  
suo sacellum in Clotten construī fecit, quod appellatur  
Reclusorium Dominarū. Mortua est in  
Salefeld 12. Cal. Apr. an. 1063. (ex alia era 1057  
9. Cal. Apr.) & Colonia in Ecclesia ad Gradus S. Ma-  
rie sepulta, licet ceri & aliquoties sibi sepulturam  
apud parentes in Bravvile elegerit. Sed exinde  
postea, & alias ob causas, exortam litem,  
Hermanus III. Archiepiscopus composuit,  
& decidit, diplomate ann. 1090. Indicti 2.  
dato. Teste inter alios Adolpho de Monte.

B. R I C H E Z A

Notationes in Caput II.



I.  
Henricus  
Zutphaniæ  
Comes.

Chema Nostratiū, Erudite Lector, Palatinorū genealogicum, cōplures in quos haētenus induerunt se nō nulli, errores degellit, ne tamē quis incidat in Scyllā, dū vult vitare Charybdim, obserua plures dari eādē ferē ētate Henricos Comites Palatinos.

Nam inter ceteros numeratur Hent. Zutph. Comes, Ludolphi filius, Ezzonis nepos, Hermanni pronepos, Cunonis Battariae Ducis frater, circa annum 1031, defunctus, modico enim tempore superstes fuit. Parenti suo Ludolpho, triennio ante millesimum tricesimum quartum anno suo Ezzonī fatalem annum extincto. Quare utriusque & Henrico & ipsius parenti Ludolpho annum 1031 fatalem assigno.

II. Hēricus hostis S. Annonis. Alter Henricus Comes Palatinus S. Annone Archiepiscopo Coloniensi aduersatus, tandem illi montem Sigæ fluvio imminentem, in monasterij adificandi usum cessit, ac viuo Archiflamine infelicem animam exhalauit.

III. Henricus fundator Lacensis. Tertius Henricus Hezelini filius B. Richezæ nostræ patruelis, monasterij Lacensis author & fundator, diu Sancto Annoni superstes vixit.

IV. Henricus Vicarius Imperij. Quartum eiusdem temporibus florentem Henricum Hermanni filium, Theoderici fratrem Palatinum & Vicarium Imperij produnt Domini Mirai Notitiae Belgicæ cap. 118 milipag. 263.

V. Henricus Comes Ardennas. Tum denique ētate illis ferē par fuit Henricus Sigefridi Comitis filius de quo P. Christophorus Brovverus in Annal. Treuerensibus pag. 596. sub annum 982 refert se reperiisse inter donatiua monumenta & priuilegia San Maximiniani monasterij, Siffridi Comitis donationem & Haderigis coniugis, quā remedio sui & superstitionis liberorum S. Maximino primo mansum ex villa Marsch in Comitatu Ardennensi, qui tunc regimini ipsorum filij

VI. Siffrid⁹ adiudicatus San-Maximinianus. HENRICI COMITIS subiacebat, clariuntur, ad altare S. Clementis, ut aiunt: ubi corpora nostra diem extremi examinis expectabant, Deo propitio. Hinc & alias possessiones donant, cum prædio, cuius sibi fructum in vita reseruant, ad anniversarium obitus. Quæ ita Treueris apud S. Maximini adstante Volcmaro Abbe gesta, anno Domin. Incarn. DCCCCXCIII, Indicti VI. dante comite Sigifrido fidei suffores quos Saleburgiones vocabant. Haētenus ex San Maximiniano Archiuo P. Christophorus Brovverus. Qui etiam Siffridi Epitaphium nuper erutum affert, & diplomam quo Siffridus asseritur rerum S. Maximini adiudicatus.

Ex

Ex his vitam B. Annonis, & quæ, cum Schaffnaburgensis ad ann.  
1057. 1060 1061. tum Dodechinur in appendice ad Marian. Scot. an.  
1095. afferunt, facilè licet intelligere.

Henrico isti Palatino Lacensis Monasterij fundatori priuignitus  
fuit Siffridus, diuersus à Siffrido, ( quem Sicconem cognomine appell-  
lant ) Theoderici tertij Comitis Hollandiae fratre, cuius Egmondana  
monumenta apud D. Miræum meminerunt in *Notitia Eccl. Belgij c. 107.*  
Nam huic Siffrido Hollandico mater Luthardis, nostro vero Siffrido  
Lacensis Monasterij authori mater fuit Adelheidis.

Nullatenus quoque mihi persuadeo, eundem esse Siffridum VII. Sicco  
cognomento Sicconem, & Sicconem cuius tum diplomata & Ri- Comes.  
chezæ frequenter meminerunt, tum præclarum facinus & strata-  
gema pro Poppone Treuerensi Archiepiscopo, contra Athel-  
bertum S. Kunigundis fratrem suscepimus, vita S. Meinwerci  
pag. 41. Kyriander pag. 72. parte xi. atque P. Christophorus Browerus  
*Annal. Treueren. pag. 622.* recensuerunt.

Expeditâ de Henricis, Siffridis, & Sicconibus difficultate, aliae IX. Eber-  
circa Palatinos motæ, nullo negotio ex Nostratisbus dissoluuntur. hattus Ar-  
Principio Eberhardum Archiepiscopum Treuerensem Ezzone no- chieps Tre-  
stro non esse progeneratum, quod tamen aliqui astraunt, ex quorum uerensis an-  
auctoritate P. Christophorus Browerus, *Annal. Treueren. pag. 646.* Ezzonis si-  
defectu huini notitiae ex archiuo Brauilerensi haurienda, dubius lius?  
hæsit.

Deinde quem antiquissimus libellus manuscr. Henricum Ez-  
zonis filium, alij Hezzelonem appellant.

Illud & minimè prætermittendum, quod P. Christophorus  
Browerus Annalibus suis Treuerenisbus pag. 630. ex San-Maximiniano  
tabulario inserit: S. Henricum Cæsarem ab Harichone Abbe, loco  
seruitiorum imperio competentium, recepisse quædam prædia, [quo-  
rum possessionem contulerit Henrico Duci, Ezzoni Palatino Comiti,  
necnon Ottoni Comiti, anno 1023. Indictione VII. anno verò Hen-  
rici II. regnantis XXII. imperij autem decimo, &c.]

Circa Cunonem Bauariæ ducem, Ezzonis ex Ludolphio Filio XII. Cuno  
nepotem, quatuor occurunt notatu dignæ. Primum, quod R. P. Bauariæ  
Andreae Brunneri Annalibus Boicis de Conrado seu Cunone Duce Dux Co-  
agentibus lucem præferat, nam cum de eius origine in vetustis monu- mes Palati-  
mentis inuestiganda hærent, hinc plenè expediuntur, atque illu-  
strantur.

VII. Siffridus Sicco.

X. An aliis  
Henricus  
Ezzonis fi-  
lius?

XI. S. Hen-  
rici munifi-  
centia in  
Palatinos.  
nostros.

Alte-

**XIII.** Cu-  
nonis Du-  
cis liberi.

**XIV.** Cuno  
minor Salic-  
cus Dux  
Vangionum.

**XV.** Cuno  
vel Chuon-  
rat. Funda-  
tor Lim-  
burgensis.  
**XVI.** Adel-  
heid Palati-  
na, Hermā.  
quondam  
maritus ei⁹,  
Pater Sige-  
fridi.

**XVII.** Adel-  
heid s Ezo-  
nis Filia.

**XVIII.** Her-  
mannus II.  
Archps Co-  
loniensis.

**XIX.** B. Id-  
da Ezzonis  
Filia.

Alterum, quod Cunoni fuerint liberi, quorum nomina nec-  
dum comperi. P. Gretzerus in Diuis Bambergensibus *in notis ad cap. 17.*  
*vita S. Henrī* laudat Comitem Palatinum Cunonem, eiusq; Filium N.  
ac cæteros.

Tertium est, quod hic noster Cuno Dux, sit distinktus à Cuno-  
ne vel Conrado, qui sub ann. 1025. floruit Dux Vangionum, patrie-  
lis Conradi Salici maioris, de quo multis agunt Wippo, & Christo-  
phorus Broverus *in Annal. Treuerens.* pag. 632.

Vltimum, quod à Cunone nostro planè diuersus sit Chuonratus  
comes Eburharti filius, qui tempore Ottonis I. circa annum 940.  
in Loganæ pago, Neporis sui Conradi Franconiae Ducis consilio, in  
Limburgensi Ecclesia (ex cuius archiuo mihi cognitus est) in S. Georgij  
martyris honorem Limburgense Collegium instituit, ac posteris  
temporibus, sub annum videlicet millesimum nonagesimum nonum  
nostrii Palatini dotarunt.

Nam ita antiqua documenta referunt: *Adelheid Comitissa Palatina,*  
*volente & presente filio suo Sigefrido, beneficium Manegoldii Capellani sui, propter*  
*animæ sua salutem, Dominiq; sui Heremanni perpetuam redemptionem Ecclesie*  
*S. Georgij in Lintbuc in pago Logenabe donauit.]*

Alius Adelheidis Abbatissæ Niuellensis, Ezzonis filia, sororis  
B. Richezæ meminit D. Miræus *in Donationibus Belgicis cap. 18.* vbi signa-  
uit literas ann. 1003.

Herimannus cognomento Nobilis & Pius Vbiorum Archiepi-  
scopus, Ezzonis F. cum apud alios, tum imprimis apud Cæsarium  
Heisterbacensem scribitur SANCTVS. Vide *Conciones Cæsarij in*  
*Dominic. II. post Pascha, mihi pag. 99.*

B. ITTA Abbatissæ capitolina Ezzonis Filia, B. Richezzæ soror,  
ipsa est, sub cuius sepulchro in Capitolio Colonensi fons B. Plech-  
trudis appellatus scaturit, de quo in vita S. Plechtrudis. Eadem mihi  
videtur IDA, cuius instigatione Anselmus apud D. Chapeauille  
Leodiensium Episcoporum historiam scripsit, licet illic (sed vt existi-  
mo mendosè) asseratur S. Ceciliæ Coloniæ Abbatissæ.

POLONIÆ REGINA.

Caput Tertium.

DE INSIGNIBVS GENTILITIIS

B. Richezæ.

Insignium diuersitas, primum ad internoscendos milites, atque Insignium  
ad euitandam omnem, quæ in bellicis tumultibus oriebatur, con- quis vslat.  
fusionem, sunt excogitata. Deinde etiam internoscendis familiis sunt  
attributa, vt, quo quis sanguine, vel genere prodierit, ex insignibus li-  
cear deprehendere. Ita (vt Auentinus libro primo Annalium Boio-  
rum) Alemanni Herculis vndecimi Germanorum Regis, primi autem  
Boiorum Conditoris insignie fuit Leo, qui posteriorum è domo Baua-  
tico insignibus etiamnum inhæret. Atqui, vt ad B. Richezam reuer-  
tar, ex insignibus ipsius facile est colligere, cuinam ipsa sit accensenda  
familiae, nimirum indidem traxisse genus, vnde & Sérénissimus atque  
Eminentissimus Princeps noster Elector FERDINANDVS Archie-  
piscopus Coloniensis, familiam gentemq; suam deriuat, id quod è ve-  
tustis maiorum nostrorum monumentis comprobabo. Nam insignia,  
quæ B. Richezæ, & germano iphius fratri Hermanno cognomine No-  
bili & Pio, Coloniensi Archiepiscopo, & Principi Electori, in Basilicæ  
ad Gradus B. Mariae Virginis Coloniæ, appinguntur, referunt Bauari-  
cum Leonem, qui & in libro & in fibula pectorali, qua pallium B. Ri-  
chezæ connectitur, expressus est. Quin & ad pedes diuisum collo-  
catur insigne, cuius me-  
diatatem dissecta occu-  
pat Aquila, quod insi-  
gne in imaginibus Re-  
gum Poloniæ Boleslao  
B. Richezæ socero tri-  
buitur: alteram verò  
mediatatem Leo Baua-  
ticus obtinet: Ad Her-  
manni Archiepiscopi  
pedes, Leo depictus



Insignia  
B. Richezæ

**Insignia  
Hermannii  
Archiepiscopi Fratris  
B.Richez.**

cernitur , sicut &  
in crucis pectoralis  
vmbilico Leuncu-  
lus. Ac ne qui relin-  
quatur vllus dubi-  
tationis scrupulus ,  
ostendo manife-  
stius haec tenus di-  
cta , ex insignibus  
in Ecclesia S. An-  
dreæ Coloniae re-  
pertis : vbi , dum

Hermannii Pij me-

moria recolitur quotiensibus , tria vetusta in tumulo collocantur in-

**Alia insig-  
nia Hermá-  
ni Archiepi.**

signia , quibus nigra  
Crux & Leo Baua-  
ricus , cum bicolore-  
ribus rhombis re-  
presentantur ; vnde  
maiorum nostro-

rum traditione pla-

ne indubitatum relinquitur , B.Richezam prognatam fuisse ex sanguine Palatinorum Bauariæ , vel Rheni . Quos sic appello ad differen-  
tiā Palatinorum Saxoniæ . Postquam enim Imperij citra Alpes ad-  
ministratio , Rhenano plurimum & Saxonico limite cœpit cohiberi ,  
quia utrobius Imperatorius dicere & conuentus agere solet , Palatini  
inde bipartito distributi , alter Saxonius , alter qui nunc Rhenensis  
Bauanicus , eesperunt dici , quorum ille , Cæsarem , tractum Saxonis-  
cum obeyunt , vsque ad mare Balticum , cum dignitate & offi-  
cio comitaretur : Hic verò loca peraganti Rhenana , id est Swe-  
uianam , Franciam Orientalem , Bauariam , & Mosellæ ac Mosæ ter-  
minos similiter adesset . Ex ambabus his , Saxonica & Rhenanâ stir-  
pibus , plures Palatinorum familias pullulasse auguror . Sic enim in  
Saxonica Caroli Magni ætate , gentem fuisse scribunt , in qua ( à Caroli  
forte Palatio ) Palatini dignitas resideret . Ex ea erat Athalbero S. Ber-  
wardi Episcopi Hildesheimensis pater , Sommerschenburgicus Co-  
mtes : Adelbertus Archiepiscopus Bremensis & Legatus Natus par-  
tium Septentrionalium , qui cum S. Annone Archipræsule Colon-

**Palatini  
Comites  
duplices.  
Verba Chri-  
stopori Bre-  
vveri in Notis  
ad vitam S.  
Bernwardi.**



# POLONIÆ REGINA!

12

Imperij Consul præfuit, ex Palatinis Comitibus fuit oriundus. Legi etiam Rechlitiorum gentem, Palatini Saxonici, titulo & dignitate fuisse decoratam. Rhenanorum autem Palatingrum nomine, & ex eadem fortassis origine plures censentur; erant enim olim à Lotharij Palatio dicti Palatini Lothariotum, deinde in diplomatisbus frequens est mentio Mosellanorum, Rhenanorum, Thubingenium, Schirensium, Witelsbacensium, & aliorum, è quibus, sicut posteriores ex una eademq; prodijisse stirpe facile ostenditur; sic eiusdem quoque stirpis priores fuisse, cum ex allatis insignibus conuinatur, tunc etiam inde verosimile redditur, quod Henricus eius nominis III. Cæsar, Cunonem B. Richezæ, ex fratre Ludolpho, nepotem, ad Bauarici Ducatus hæreditatem admiserit. Et scriptor vita Fundatorum Bravvilerensium, de Ezzone B. Richezæ patre dicat; *Eum Regalis Palati apicem iure paterni sanguinis strenuissimè gubernasse.* Quare merito mihi dicere licuit, B. Richezam ex gente Palatinorum Bauariæ, & Rheni fuisse profectam. Cum ex archivis Hermannus pusillus annus ipsius Palatinus fuerit Comes, vt testis est locupletissimus Dithmarus Episcopus Mersburgensis, Chron.lib. 4.

## Caput Quartum.

### DE B. RICHEZÆ APVD PARENTES ET in aula Boleslai Regis Poloniæ educatione.

B Eatam Richezam ab Ariouisto, seu Erenfrido, & Mathilde, atque Ottone tertio Rege auunculo, optimis & genere suo dignis, institutam moribus, minime est dubitandum. Quin & literis exultam, tradit Matthias à Michouia, in Chronicis Polonorum lib.2. cap. II. Deinde Otto III. imperator, cum religionis causâ magnis in Poloniā itineribus abiuiisset, vt B. Adelberri reliquias veneraretur, à Boleslao Polonorum tum Principe, atque mox beneficio Ottonis Augusti Rege, Illam usque obuio, magnificentissimè Gnešnam deductus, quo arðior esset inter Germanos, Polonoisque necessitudo, hanc suam ex sorore neptem, ætate adhuc teneram, sub anno 1001. despondit An. 1001. Miecisla Boleslai filio duodecimum annum agenti. Ipsa vero Regina Nutritijs B. Richeze Erenfridus Palatinus, B. Mathilde, & Otto 3. Richeza, vt ulterius regia institutione imbuueretur, in Poloniā ad Boleslaus uecta, educatione commissā socrui ipsius Iudithæ, lectissimæ Regiæ & Iudithæ ac Dominae, à pietate & clementia apud terum Polonicarum scri- Poloniæ ptores commendatissimæ. Aula quoque Boleslai Regis, in qua edu- Reges.

cabatur B. Richeza, erat quasi quoddam omnis honestatis domicilium. Delegerat enim Rex, duodecim Proceres è tota Polonia pronica ex duo batissimos, & annis iudicioque graues, quos vna cum uxoribus ipsorum, mensa sua, & continuo, per se adhibebat. Hac igitur in mortuorum schola, per annos duodecim, pulcherrimis informata institutis, & erudita disciplinis Richeza, adulta ad ultiori Mieczislawo aupsit virtutibus auctior. Tantum enim interest, quorum contubernio adolescentia constiescat. Porro, in assignando tempore horum sponsaliorum, secuti sumus vulgatos Authores. Cæterum manuscripta Fundatorum Bravvilerensium vita, ad. 3. Wolphelnum, per quendam G. nuptias has rejecit in tempus Regni S. Henrici, post annos circiter duodecim, posteaquam nempè Ezzonem Henricus reconciliatus dono quorundam oppidorum, & antequam (anno 1013) Romam pro corona Imperiali tenderet. Manuscriptus sic habet: Itaq; Rex (Henricus) consultius arbitratus virum egregium (Ezzonem Palatinum) beneficijs placare, quam molestus ullis infestare, pro abolenda Ducas, & concaptiuorum calamitate, eo accersito offensas ignoscit, fidem amicitiamq; exposcit, vtq; non minore etiam apud se, quam Maiores suos familiaritatu vel honoris gratia potiatur, Insulam que est in Rheno S. Suiberti, cum omnibus suis appenditijs, Duisburg etiam atq; Salefeld. Non modica regni subsidia sibi, suisq; liberis perpetua hereditate possidenda largitur. Parum dixerim, si infra Romanum tantum orbem, & non etiam apud ceteros, & barbaras gentes, maxima foret viri opinio. Rex Polo- Nam eodem tempore Polonorum Rex nomine Misecbo, cum diuersis, regia tamen nia petit E- persona congruis munericis speciebus, missis procis, per prefati Regnatoris interuenzonis filiam, Richezam, qui primogenita erat, Richeza petit consortium, cum ut desiderabat puerla sponsalibus, quo decebat multorum favoribus aptatur. Quoniam eiusdem pro vxore, Regnum Schluorum Regno Teutonicorum confederari, multis spe non inani credebatur, quo non multo post tempore, Rex suarum de statu securus rerum, quorum procul dubio vir Excellentissimus tutum erat firmamentum, Romam profectus Imperator creatur. ]

Proposita:

hæreditate assignancur illi Insula S. Suiberti Duisburg & Salefeld. Rex Polo- Richezam, Imperator. Nam eodem tempore Polonorum Rex nomine Misecbo, cum diuersis, regia tamen persona congruis munericis speciebus, missis procis, per prefati Regnatoris interuenzonis filiam, qui primogenita erat, Richeza petit consortium, cum ut desiderabat puerla sponsalibus, quo decebat multorum favoribus aptatur. Quoniam eiusdem pro vxore, Regnum Schluorum Regno Teutonicorum confederari, multis spe non inani credebatur, quo non multo post tempore, Rex suarum de statu securus rerum, quorum procul dubio vir Excellentissimus tutum erat firmamentum, Romam profectus Imperator creatur. ]

### Caput Quintum.

NVPTIÆ EIVS CVM MIECISLAO PRINCIPE Poloniæ, & aduersitates, quas in primo matrimonij flore perpessa est.

**A** Nno reparatae salutis supra millesimum tertio decimo, cum

Ric-

RICHEZA haustam à parentibus naturæ & indolis bonitatem, Regia Boleslai Iudithaque conuersatione, & duodennali institutio-  
ne plurimum excoluissest, Mieczlao Principi solemni matrimonij  
vinculo connexa fuit. Natam ex eo coniugio prolem B. Casimirum,  
postea ex Diacono Monacho Poloniæ Regem, ab infantia septenni  
non maiorem, ipsa bonas litteras edocta, liberalibus disciplinis eru-  
diendum tradidit: Primus hic assertur inter Polonorum Reges, qui  
ingenuis artibus fuerit excultus. Non defuere prioribus matrimonij  
annis B. RICHEZÆ graues admodum difficultates. Nam & Maritus a  
Duce Bohemiæ in vincula compactus fuit, idemq; paulo post, cum  
Imperatore Henrico Sancto infelicibus ad Oderam fluuium prælijs  
decertauit, Rem gestam ita narrat Fabritius. Anno 1015. Polonus Rex,  
qui contra Imperatorem se egisse nouerat, Mesiconem filium ad eum ablegat, qui  
Mersburgum veniens, ad Imperatorem accessum non difficulter impetravit. Is,  
quamvis amicitiam simulabat, & multa polliceretur, tamen clam persuadere Bo-  
hemio conabantur, vt bellum communibus viribus Imperatori faceret, quem Vlricus  
suspectum habens, quod etiam sibi insidiaretur, in agrum colloquij specie deducit, so-  
cios eius interficit, ipsumq; vincitum in Bohemiam trahens, in carcerem compingit:  
factum Imperatori non placuit, quia Mesiconi honorem habuerat, & quasi unus  
ex aule sua familiaribus esset, tractarat liberalissime, itaq; detestatus, facinus in ho-  
stem commissum, virum fortitudine prastantem, Ditericum defuncti Beringerij fa-  
trem, ad Bohemum mitit, qui eum violentia causa obiungit, eiq; cedem, contra ius  
gentium perpetratam exprobret, admoneatq; ne captum iniuriâ aliqua indigniore  
afficiat, sed ipsum in potestatem suam quam primum tradat. Id Bohemus ratus non  
esse faciendum, negat Imperatori. Imperator itaq; Ditericum ire rursus iubet, qui  
Duci nunciet, & omni sollicitudine depositum ad Mesiconem ad se transmittat, se cura-  
turum vt pax eiusmodi ineatur, que sit futura iusta atq; utilis omnibus: Boleslao  
deinceps Polono significat, quo in loco filius eius sit, & quo animo Dux eum dimise-  
rit, ipsum tamen ad Patrem remittere adhuc differt, donec aliorum etiam Principum  
voluntates audiret. Ad diem prescriptam cum Principes conuenissent, Imperator de-  
cpto, reddendoq; adolescenti rogat sententias, quibus in favorem capti Mieczlai di-  
xit: cum honesto tandem comitatu Parenti remittitur, qui fidem simulatione da-  
tam statim atq; domum redit neglexit atq; violavit. Quam infelix deinde  
Mieczlau Richezæ maritū inter & Imperatorē Henricū prælij cōmissi Mieczlau  
fuerit successus, idē enarrat Author: Mesico, inquit statim vt in patriā redijt, à vinculis  
investigatur à patre vt bellum Germanis faciat, quod cum esset, per fidos homines Im-  
peratori significatum, conuentum indicit Magdeburgum, in quo de expeditione Polo-  
peratori  
B. RICHEZÆ. Nuptiæ B.  
Richezæ. B. Casimi-  
rus filius B.  
Richezæ. Aduersita-  
tes B. Ri-  
chezæ. Mieczlau  
capitur. Imperatori  
displacet  
fraus facta.  
B. RICHEZÆ. B.  
Richezæ, infert.



nica sententijs omnium est constitutum. Imperator itaq; bellum Polonicum persequitur, sed in transundo Oderam flumen milites multum laborabant, nam cum nec naues essent, nec pontes strui tant à celeritate possent, ex vtragq; ripa hostibus imminentibus audendum aliquid. Saxones rati, Dei implorato numine, vadum in loco non vadoso ingenij efficiunt, oppositis enim vnda equis fortioribus, & obliquo naturatu transeuntes flumen tandem superant, eo in loco, quo Poloni minimè fuerant suspicati: Id quamvis fieri serò adverterint, ad ripam tamen confluent, eos qui traxierant inuidunt, reliquos prohibere exitu nituntur. Saxones ita agmen instruxerant: ut pugnarent densati, irruentes in se Polonos excipiunt, nonnulli sese colligentes suis in ripa occurrunt, & hostem aliā ex parte aggrediuntur, duplo prelio commisso, ita Polonos vrgent ut certamen ultra horam non duraret; nam Poloni fugae se mandarunt, & vix castra missilibus defenderunt, desiderati ex illis equites sexcenti, vel (vt Quideleburgicum Chronicon) nongenti. Enostris ceciderunt Vdo, & Ericus viri nobiles, suspecti haec tenus fuerant, quasi cum Polonis colluderent Siffridus Lusatius, & Guncelinus Marchio Misnensis, sed eo die in acie fortissimè dicimantes factis repellebant calumniam. Pater Siffridi Marchio, hostem longius insecurus erat, primum sagitta missa amittit oculum, tum obrutus multitudine, & lassatus dolore vulneris, inter cuneos hostiles interficitur. Dum Mesico apud Imperatorem ageret, ei à cura corporis Siffridus constitutus fuerat, eiq; pra SAXONIBUS ceteris familiaris, qui cum Vdonis occisi corpus agnouisset, de vita humana conquestrus miseria, id honeste habuit, & ad sepeliendum, in castra Imperatoris cum munieribus misit. Laudata Miesconis humanitas est à toto exercitu, dolentibus multis, quod vel insaniam patris, vel levitatem adolescentia sue, non potius vi Imperatore amico, quam hoste maller. Hac victoria Imperatori contigit Nonas Augusti vt Dithmarus anno supra millesimum quinto decimo, vt & Lambertus & Chronicon Quideleburgicum. Miescone autem impetum Germanorum non sustinente regis trans Oderam longè lateq; vastabatur.

### Caput Sextum.

#### PRIVATÆ CALAMITATES B.Richezæ Reginæ.

PUBLICÆ acceptas ex Mariti captiuitate, & sinistris eius prælijs calamitates, priuatæ deinde auxere afflictiones, vt semper Regia prosperitas fortunaq; Richezæ, aduersis temperaretur. Anno siquidem 1018. sub tempus alterius belli Russici, quod Miecilaus Maritus fælicissimis armis promouebat, Judith Regina, Sanctæ nostræ socrus dilectissimus.

dilectissima, fuit extincta. Anno deinde 1024. ipsius B. Richzæ mater, Ottonis III. soror, B. Mathildis, in fata concessit. Mox anno 1025. inter viuos esse desijt sacer Richezæ Rex Boleslaus anno regni quinto & vicesimo, cum annos octoginta quinque vixisset. Porro Boleslaus priusquam tentaretur à morbo, quem aliquot exinde mensibus patientissimè tolerauit, filium suum & nurum Richezam designatos, à se regni successores, coacto Procerum Senatui commendauit; eo quod filij sui, in publicis iudicijs quibus illum (reseruata sibi cæterorum administratione) præfecerat, iam diu explorasset dexteritatem. Defuncto Parente, omnium quidem voluntatum inclinatio in Miecislaum filium incumbebat, fauorq; & cura regni habebat. Reginam verò Richezam quasi re minus bene gesta, in inuidiam vocabant, eaenim mortalium peruersitas est, vt innoxios sèpè secutionis infortunio maestet, maximè vbi mentem imbuerit aliqua suspicio si- nistra. Traducebatur itaque B Richeza, quasi plus Teutonibus suis, quam Regni ciuibus studeret. Quo etiam nomine passim apud Polono- niae scriptores, innocentissima quamuis Regina, & exterarum quamvis nationum semper studiosissima, vsque hodie malè laborat. Vi- dentur autem eam suspicionem mouisse Germanorum arma, quibus riti & Natio cum ignauus Miecislaus Maritus eius, facile debellaretur; seseq; Ger- mani in libertatem vindicarunt, suspicati nonnulli sunt, ea Re-

Origo per-  
bus, quas i-  
gnavia Ma-  
nus odium  
genuit.

ginæ Teutonicae auspicijs, contra Maritum suum fuisse expedita, ciusdemq; fauoribus adiuta, cum tamen ipsa ab omni bellico tumultu esset quam alienissima. Nihilominus prævaluere suspiciones, vnde multorum sermonibus, vsque adeo publicis regni odijs concussa fuit, vt regni limitibus cogeretur tandem excedere, prout postea referam. Sanè Germanici nominis inuidiam & ignauiam Mariti potissimas exilio causas dedisse tradit Krantz, lib.2. Vandal. cap.3.6. Cum ex hac vita, inquiens, subtractus esset Rex Boleslaus anno Christi M.XXV. Meso (Miecislaus) filius eius regnauit pro eo, longè impar paterna pietati. Sed sus- nui eum magni patris dulcis apud omnes memoria, vt filij degenerem animum mi- nus odirent subditi. Duxit vxorem nobilem filiam (filiae secundi) Ottonis Im- peratoris & sororem nihilominus tertij: sed hic Meso (Miecislaus) cum desidia & delitio resolutus, propriis non communibus virilitatibus intenderet, cooperunt ex- teræ nationes, quæ Patri suo essent rectigales, minus honoris illi impendere, colla iu- go subducere, & tributa regionum denegare. Contemptus ergo vixit, non modo suis, sed ab exteris. Vt cunque tamen illo viuente viguit in cordibus hominum,

*in memoria Patris, cuius etiam reverentia filio seruabat qualemicunque obedientiam.  
Cum verò ille rebus exemptus humanis filium relinqueret Casimirum, cognomento  
Carolum, mox insurrexere Proceres, & filium, cVM TEUTONICI NOMINIS ODIO  
EXPULERUNT REGNO.] Hac Crantzius. In sequentibus etiam com-  
memorabo, ad Teutonici nominis odium, inimicam quoque Regiae  
Pellicis instigationem accessisse.*

### Caput Septimum.

#### CORONATIO B. RICHEZÆ ET acta tempore Regni.

**Rex & B.** **V**erum ut vnde digressus sum, eodem redeam, procurato Boleslai Regis Parentis funere, Miecislaus & B. Richeza, destinatum sibi iam ante Poloniae regnum inierunt, frequenti Procerum, & nobilium conuentu, qui ad Regis exequias confluxerant. Itaque his stipati Gnesnam veniunt, vbi anno 1025. ipsis solennibus S. Spiritus ferijs seu Pentecostes, vterq; Regio diadematè coronatus, ab Hippolyto Archiepiscopo Gnesnensi, adstante Gompone Archiepiscopo Cracoviensi, Paulino Gnosianensi, Marcello Wladislauensi, Albino Plocensi Pontificibus, alijsq; regni Senatoribus, Inaugurationis suæ Regiz splendorem pijs in egenos & mendicos viscerationibus decorarunt. Æstate sequenti Rex in Russos fecit expeditionem; Nam iij acceptâ Boleslai Regis morte, Ioroslao & Miecislawo Ducibus rebellabant, quos primo aduentu Miecislaus repressit. Inde, visitata Polonia Bohemicum quidem bellum suscepit, at nulla cum laude, vti & alias plerasque expeditiones signatae & infeliciter administrauit. Cum enim à morte Parentis sui, Miecislaus libertatem nactus esset, in levitatem omnemque libidinem fræna laxauit, aliarumque præter Vxorū malierum contubernio consuevit; quarum instigatione Richezam nostrum grauter op̄pressam Annales nostratū & archiuia referrunt. Polonorum tamen aliqui quæ pellicibus adscribenda erant, Richezæ malè impingunt, quasi Regis torporem & desidiam non tolerauerit modo, sed & plurimum fouerit. Sed quis crederet Regem venerare & concubinarum amoribus captum, sanctissimæ Vxori, quæ Filium Casimirum tam bonis artibus ac moribus instruebat, aures præbuisse? Veneri igitur indulxit maritus, at non impunè, mox enim populus

## POLONIAE REGINA.

17

pulos à patre olim domitos sensit rebelles, siveque pristina libertatis assertores, regni insuper Polonici vires minui indies, ac debilitari. Quin idem Miecislaus infania & phrenesi percitus anno Christi 1034 15. Martij Posnaniæ, in furore ac dementia diem clausit extremum. Interim haud exigua experta est ærumnas B. Richeza; quippe quæ in externâ & bellicosâ natione, longè à suis remotissinia, Marito in mortibus dissimillimo intusa, subditis suspecta & contempta ex continuis minusque prosperis à Marito susceptorum bellorum prælijs, quod perpetuum exilium mens præfigerat, mox ab obitu sui Mariti subsecutum perpessa est, ut rerum Polonicarum Scriptores volunt. Quamvis vita Fundatorum Brawilerensium, ad B. Wolphelnum Abbatem scripta, memoret. B. Richezam à Miecislaoo viuente, exilio immo diuortio fuisse separata, instigante imprimis pellice. Eodem, inquit, tempore facto inter se (Richezam Reginam & Regem coniugem suum Miecislaum) diuortio per odium & instigationem cuiusdam sua pellicie, cum ei iam peperisset Casimirum, cuius generosa posteritas diuitis & potestate nobiliter insignis permanet usq[ue] hodie, veste mutata paucis se fagam clanculo agentem, adiutariis, utpote fastus eius Regis intolerabiles, simul & barbaros Schlanorum persecutoris, venit ad Imperatorem Conradum in Saxoniam, à quo venerabiliter & ipse est suscepta, & ipse nihilominus glorioſissimus Xenij magnifice honorificatus est. Accepit namq[ue] ab ipsa duarum, ipsius, Regisq[ue] sui coniugii coronarum insignia, concessaq[ue] ei eadem in suo sicut in regno proprio quo ad viueret auctoritate potuisse semper, eademq[ue] gloria congrue plane sibi redditiva vicissitudine, cuius torum venit munere, quisquid suam extra Limitem Romanum imperium eius magnificenter ad se contraxerit in tempore, nam patrata mox super Polonos expeditione triunphatoq[ue] sub tributo Misachone cum tota Schlanorum gente, Victoria trophyam duplice quidem sub corona soritus est. Sed in hac in breue functus sicq[ue] defunctus est, & Henrico filio eius summam rerum agere concessum est.]

### Caput Octauum.

### EXPLI<sup>Q</sup>V M B. RICHEZÆ, ET VINDICTA Dei contra exturbatores.

**D**Efuncto Marito (ut in hoc potius Polonus scriprores sequamur) Regina cum filio suo Casimiro vigesimum annum nato, & iam per ætatem ad regni gubernacula apto, audaci improbitate, à Primo ribus quibusdam, quorum animi implacabiliter exulcerati erant, non solum regno abstinere, sed & finibus eius iussa est exceedere. Discedens

C

dens

B Richeza  
exilium.

dens diligenter circumspexit, ne regium thesaurum, atque utraque diademata in hostium relinqueret manibus. Ea enim hereditate secum asportata in Saxoniam ad Conradum Imperatorem concessit. Volunt aliqui, Casimirum non cum matre, sed ad S. Stephanum Hungariæ Regem propinquum suum configuisse. Sed verosimilius existimo, ipsum cum Matre in Saxoniam, atque ad Vbios abiisse, inde subministrato ex allatis thesauris sumptu, Lutetiam Parisiorum voluntate Matri's ablegatum, ut exilio molestiam honestis leuaret disciplinis; Perlustratā tandem obiter Italiam, spe melioris hereditatis ille etus,

Casimirus Cluniacense Monasterium, quod ex S. Benedicti prescripto id aetatis exul fit viuebat, adjt, ibiq; mutato Casimiri in Carolum nomine & habitu, Monachus. vitam monasticam solemnri ritu fuit professus. Verum Richeza Reginæ & quidem Coronatæ, atque Casimiri legitimi heredis indignam in Polonia exturbationem atrox Dei vindicta subsecuta est. Chromerius verbis hanc enarrabo: Reginæ, inquit, & filij Regis discessu, quasi Lymphatico furore Polonia omnis exagitatur, miscentur omnia cedibus, mutuis latrociniis via publica infestantur, incenduntur pagi, atque oppida tumultuantur, collatisq; signis inter Cives atque Proceres concurrunt, vt quisque audacissimus est, ita maximam perditionem hominum manum cogit, aliena iniudit, veteres possessores possessionibus deturbat (& meritò exturbantur, qui legitimam Regem & Reginam suam expulerant) trucidantur pauperes diuites, & locupletes, patresfamilias, liberi, eius eliduntur, cœsorum coniugii atque bonis interfectores per vim potiuntur, stuprantur honesta virgines, & matresfamilias, in tanta vastitate atque confusione, agrestes quoque a laboribus & agricultura feriati in Patronos ac Dominos suos insurgunt, in Nobilitatis excidium conspirant, veteres nonnullorum iniurias & oppressiones, concepto in omnes odio, omni crudelitate summaq; acerbitate vlciscuntur, neque ministris sacrorum, ac ne ipsis quidem templis, aris atque sacris parcitur, atque in pristinam barbariem atque impietatem Polonia relapsa esse videbatur.

In latebris se se abdebat Proceres & Episcopi, eratq; miserabilis ubique rerum facies. Nihil usquam tutum, nihil cuiusquam proprium, nemo mali exorserat. Per hoc tempus Meslaus sive Masos, qui Pocillator Regis Miecisla fuerat, vir potens & audax, dominatum inter suos in tractu Plocensi & confinio Prussorum, arripuit, consenseratq; ad eum vindicare magnam hominum partim vi & armis exercitatorum, parem potentiorum, vim & iniurias vitantium, multitudine permagna, potentia auctus est, & Massos sive Masouie nomen ei Ora, quam dominatu complexus est, dedit. Ad hec domesticas malas accedebant, hostiles incursions erumpabant, deuotis denitaturum gentium in Polones odia. Hinc Ieroslauis Russie Dux terrestribus

Ena-

& in aliis copiis secundo Hugo viciniam omnem, que nunc Polonia siue Podlaicia est, & à Russis atque Lituanis tenetur (ante aliquot iam annos in Polonorum potestatem reuenit) usque ad eam oram quae Massowia, post ea temporæ finibus suis complexa est, infestauit. Illinc Prædulaus Bohemus, quam post Vlderici Patris mortem Iatomiro caco Patruo concedente Principatum suscepisset, cum valido exercitu ferro & igne Silesiam, que sic posterius dicta est, Vratislaviam, Pasnoniam aliaq; minor a oppida complura diripiuit & incendit, nulli neque sexui neque etati hominum pepercit, nec à templis impias & sacrilegas manus abstinuit. Nam de Cracouia, Sylvi & Hægo non assentimur, refellitq; eos locorum ratio; Gnesnam metropolim, nec manu munitam, & habitatoribus defensoribusq; vacuam, primo impetu capit, ad Basilicam eius oppidi spoliandam, ubi iussu ipsius venerè milites aliquoties irrumperè conati, subito cecitate & lethargo diuinitus percutiuntur. Erat in castris Prædulae Sennus Pragensis Episcopus, is miraculo attutis omnibus, & spoliationem templorum in religionem vertentibus persuasit, non ob id quod putabant omnes, sed propter nefanda flagitia & enormia sceleræ Bohemorum, cecitatem illam & obliuionem ipsis accidisse; triduanog; ieiunio diuinam iram placandam esse censuit. Quo expleto Bohemi liberè iam Episcopo auctore templum ingrediuntur, aurum & argenum omne, vestes sacras & omnem Basilicæ supellectilem, itemq; quinque Eremitarum, de quibus in Boleslao mentionem fecimus, corpora, que illuc à pio Rege translata erant, auferunt. Hanc igitur prædam asportauit à Polonis Prædulaus, & in Basilicam arcis Pragensis depositus, præter Christini viuis de quinque illis Eremitis corpus, quod Olumiucensibus concessit: atque hec anno Christi 1038. acciderunt. Couradum quoque Imperatorem, Rixa Regine precibus & muneribus adductum, ad vexandos & infestanos Polonorum fines exercitum misisse, Duglossus memorat: Ceterum Pomeranos quoque defectores, Poloniā tunc diuexasse innuit. Histam seuis tempestatibus totos panè sex annos iactati & fatigati Poloni, & acerbiora etiam extremum tam florantis dudum Regni naufragium metuentes, comitiis Gnesna institutis, heredem Regni Casimirum ubi vbi sit, querendum, placandum & reducendum esse censebant. Eam ab exilio reuocationem paulò post narrabo, interea quid mater Regina extorris egerit, commemorandum est.

## Caput Nonum.

## DE HV MILITATE B. RICHEZÆ.

Xacerbatos veterum Polonorum in externam Principem animes, iterum hoc tempore nostro nonnulli eadem de Natione Scriptores induerunt, ex quibus modestiores alijs Matthias de Mihouia,

B. Richezā chouia, Loduicus Decius, & Alexander Gaguinus Veronensis, Poloni-  
de super- carum rerum scriptores prodīere, Cæterum Clemens Ianitus Poeta,  
bia & au- Martinus Cromerus Episcopus, & Arnoldus Mylius Coloniensis Bi-  
ritia. bliopola in imaginib⁹ Regum Polonorum, nonnulliq; alij, ijsdem  
quibus olim maiores Poloni, B. Richezam auritiae & superbiæ ma-  
culis aspergunt: A quibus omnino puram ac liberaam fuisse, facile ex  
nostratis archiis comprobauero, si ex ijs ostendam, quomodo  
exul vixerit: Atque ut à labo primum superbiæ eam vindicem, Inno-  
cuam proſitentur tabulae haetenus conseruatæ, in archiuo Sanctarum  
vndecim milium Virginum Britannarum martyrum, diserte attestan-  
tes, quod B. Richeza, se totam statim ab exilio suo, sanctatum Virgi-  
num cultui addixerit ac manciparit, quin & tributariam se multa cum  
animi demissione constituerit. Tabulae ita se habent.

Arch iua te stantur B. Richezam fuisse hu- milem.  
Testimo- niū de hu- militate B. Richezæ exarchiuo Collegij S. Vſalæ.

**Quomodo B. RICHEZA fuerit Cerocen-  
fualis SS. Vndeclim millium Virginum.**

**I**n memoriam & Laudem Sanctæ & Individuæ Trinitatis, omni-  
umque Sanctorum Dei. Quamplures Dei fidelium Ecclesiæ dedi-  
cari, se suisque rebus à Deo sibi collatis & praestitis effecerunt, hoc  
autem vel ob amorem futurorum bonorum, seu metum infernalium  
tormentorum, quibus condignè remunerandi provt gesserunt, siue  
bonum siue malum, cum venerit, qui venturus est iudicare, actus cu-  
iuscunque nostrum; quod ego Richeza saepius animo volvens, & mu-  
tuā confabulatione, cum amicis meis differens, insuper animata à  
Domino Archiepiscopo Pelegriño cum essem Ingenua, deliberavi  
esse ancilla, & sub tributo. Quia verò post pusillum facilimè quo-  
cunque casu obliuiscimur quod hodie factum fuerat, manuscrip-  
tum fieri memoriale quatenus sic sit manifestum, tam futuris quam  
praesentibus Christi fidelibus, quomodo, vel quo facta sim sub tribu-  
to. Ego enim Richeza alicuius cupida, cuius esse in patrocinio, ab in-  
surgentibus in me secura, Archiepiscopum Pelegrinum Adiucatum  
feci omnibus, nullo excepto exclusoye; donans me in Urbe Colonia;  
ad Sanctas Virgines suo consilio, cā videlicet professione, quatenus  
singulis annis per soluerem diuas denariatas erat, & vt mei posteri  
ant eiusdem conditionis, post obitum verò, id etiam statui, vt detur  
ad altare supradictarum virginum mea pretiosa vestis, seu meorum  
successorum, videlicet quæ fuerit elaborata nendo, vel texendo, nec  
dein-

deinceps vlli sumus conditione subditi, sed nostri sumus liberi arbitrij: Ad hanc meam traditionem testes idonei praesentes fuerunt, quorum subscripta tenentur nomina: Archiepiscopus Pilegrimus, Comes Kathelo, frater eius Ydelolphus Praepositus.

Qui vero huic chartae contradixerit meamque traditionem infringere præsumperit, Omnipotens Dei, Sanctarumque virginum, & omnium Sanctorum Dei, incurrat maledictionem, nisi pœnitentiam egerit Amen.

Ampliora animi dimissi Bravvilerense archiuum profert argu- Testimoniamenta. Tradit enim exutam omni ornatu, & relictâ maiestate, ipsam um de humerioso velo fuisse obnuptam. Nam cum Ottonis fratris sui Sueo- militate B. rum Ducis exequijs in Bravviler adestet, ea ipsa die gemmas, aurum, reliquam Richezæ splendorem exuit, & pretiosioribus altari impositis, ut diuino imposterum cultui ex archiuo deseruissent, ipsa à Brunone Tullenſi Episcopo, qui deinde summus Christi in terra Bravvile- vicarius, Leo IX. est appellatus, Deo consecrata, velum suscepit: ] Hæc archiuum renſi. Bravvilerense, Ex quibus relinquitur, temere admodum & erronee à nonnullis B. Richezam superbiae insimulati.

## Notatio ad Caput IX.

 Nullato diplome testis laudatur Kathelo Comes, Kathelo quis ille, reperi apud Christophorum Browerum, Comes, Annalium Treuerens, pag. 645, ubi sub annum Christi 1047 refert: Popponem Archiepiscopum Treuerensem curtem Brunfelsidiam à Kadelaoo Comite, & Irmgarde coniuge arte qua- suisse.] Mentio etiam apud eundem Browerum Cadalo, pag 665. Annal. Treuer. Nomen id à nomine Gothilonis visitato apud Lotha- ringos illis temporibus non valde discrepat.

Liber, ex quo diploma transcripti tabulas mendosè & sine interpu- Pilegrimus sitionibus scriptas exhibebat; Ego, ne credetur frater Pilegrimi Co- II. Elector mes Kathelo, nomini Kathelonis comita subieci, ut Kathelonem Arehps Ce Ydelophi Praepositi fratrem dicam, non Pilegrimi, qui ex familia loniensis. minime illustriterat. Nam in vita S. Bernwardi ostenditur: pauperem fuisse scholarem Pilegrimum, qui ostiarii cantando cibum mendicabat. Licet verò Pelegrimus à Genoldo in Tractatu de Electoribus insinuetur fuisse consanguineus Aribonis Moguntini Archiepiscopi, qui Aibo ex sententia P. Nicolai Serrarii de gente Palatinorum Co- mitum erat. Hinc tamen nihil derogatur veritati vita S. Bernwardi,

Peregrinus nam ex Metropoli Salisburgenſi, alijsq; Noricis scriptoribus patet, Peregrinum Archiepiscopum & Aribonem ex Noricis Proceres, longè a nostro Pilegrimo diuersos, eodem ferè tempore vixisse.  
 & Aibo Laurea- censes. Deinde aſſero non cum Scriptoribus Peregrinum, ſed Pile-  
 grimus. B. Pilegri- grimus plurium auſtoritate archiuorum, Denique obſerua-  
 mus. quod Cæſarius Heisterbacensis Peregrinum Archiepifcopum SAN-  
 CTVM appellat, vide Cæſarium Dominiua II. poſt Paſcha, mihi pag. 99.

### Caput Decimum.

#### DE LIBERALITATE B. RICHEZÆ.

**A**ge nunc Beatam noſtram expurgemus ab alpera auaritiae noſtra, idq; ex antiquis potiſſimum tabularijs. Refert Fr. P. Gratepolius in Annone Vbiorm Archiepifcopo, diocesin Colonensem duobus ab ipſa auctam oppidis. Hoc tempore, inquiens, fuit Richeza matrona religioſa ac Comitissa illuſtris, cuius progenitores Cœnobium in Brabantie fundarunt, hec vt regni coeleſtis poſſet eſſe heres, ſuas facultates ac poſſefſiones delegauit Ecclesiis, Diuo Petro Ecburg & Salefeld inscripſit. Quam Liberalitas B. Richezæ donationem vita S. Annonis inſlu Reginardi Abbatis Sigbergensis in Dioceſe illo ſeculo conſcripta, ita conſirmat: Reginā, inquiens, Polonorū, ſin Coloniensi, ex Teutonicis oriunda, fama nominis eius (Annonis) duc̄ta, ad viſendum eum niensem, properauit, eiusq; ditioni Salefeld, & queque coherentia concesſit, accepit. Liberalitas ab eo variarum ſpecierum & precarij con dignis pretiis. Deinde quantæ B. B. Richezæ Richeza in Metropolitanam Colonensem Eccleſiam fuerit liberalitatis, oſtendit inter alia Metropolitanum Necrologium, dum ſic ait: Eccleſiam. XXI. Martij, Benedicti Abbatis, obiit Rigra Regina, ſoror Hermanni Archiepifcopi Ligna Vn- Colonensis, qua contulit Eccleſia in Vnckele LX. lignaturas lignorum, qua ckelensis. comburuntur de feſto omnium Sanctorum uſque ad Paſcha in Camera, & ſi quū est media tempore defectus lignorum, illum cuſtos altaris ſupplebit. Item contulit Decimæ Vn- rini decimam in Vnckele / ad luminaria Eccleſia Colonensis, & idem cuſtos po- ekelenses. net iūy candelas.

N.B. Huc alludit & illa in quodam Metropolitanani Colonensis ſacrarij marmore octopalmari, incifa vncialibus litteris inſcriptio:

#### Mensura lignaturæ Sexaginta ponderum

Liberalitas lignorum de Vnckele.

B. Richezæ Eiusdem B. Richezæ in Eccleſiam B. Mariae Virginis ad Gradus in Eccleſia munificientiam ſequentes tabula declarant.

## Pars Diplomaticis S. Annonis.

Huic itaque Ecclesia in Dei nomine edificata, contulimus de bonis Ecclesia Bliesen, VVissa, Vnckela, Hetmbach / Elincka, Blammersheim / quod ipsius antecessoris mei (Hermann) predium fuerat, & eidem Ecclesia ab eodem destinatum erat, & in pago Aquensi, quod de pradiis Irmendrudis acquisierat, Volsenberg / Münzen / Gymnich / Eperen / Vilre / cum omnibus appenditiis suis, & quod ego per precarium à Domina RICHEZA Regina & coheredibus eius acquisui, Wiedenheim / Dierenrode / Asela, Stotene / Ecclesiam matricem in Tremonia cum Decania eadem Brucke / quod Sigebardus Cancellarius mihi dederat, & decimationem in Saxonia, quam ad restitutum fratrum destinauimus. Ne quem verò moueat, quod iniuriosè Stottene / Monachis in Draweler abstulimus, volumus cunctis innotescere, quod pactum ipsa nobiscum fecerit, & nos postea cum Monachis fecerimus, ipsa quidem viuens Monachis dederat Kanada, quod soluit quinque libras, in qua re voluntas eius plurimum valet. Mibi verò reliquum dedit, ut in quounque Monasterio sepeliretur, eius Monasterij prafatum predium esset. Sed cum ab Abbe loci illius, & Palatino Comite sepius inquietaremur, pro numero ab renunciationis Monachis dedimus viij. arpennas vinearum in Clotteno, & quatuor in Stgenell / & calicem aureum & gemmatum, quā Lutzoni Decano pro xxx. marcis oppigneratus fuerat. Predium verò Clotteno Canoniceis S. Marie, ut ipsa petierat, tradidimus. Preter hanc eiusdem Ecclesia Præposito cum banno dedimus Decaniam in pago Zulpiaco. Prenomina itaque omnia, & cetera, quacunque eidem Ecclesia contulimus, mobilia, siue in mobilia, statuimus secundum Apostolicam auctoritatem, ut nullus auferat, quem auferent Apostolici sententia terribiliter damnat. Si quis ergo huius nostra traditionis & Apostolica auctoritate confirmata, corruptor violentus exriterit, vel fraudulentâ machinatione infringere voluerit abominationem Dei & Sanctorum omnium incurrat, & gehennam eternaliter ibi mansurus ingrediatur, nisi velociter resipiscat. Anno Dominicæ Incarnationis MLXV. Indictione tertia. Anno Episcopatus D. Annonis viij. Actum Colonia, iiiij Calendas Augusti.

## Apostolica Confirmatio.

Nicolaus Episcopue seruus seruorum Dei, dilecto fratri Annoni Archiepiscopo Colonensi, perpetuam in Domino salutem. Pontificij Apostolatus nostri est, universaliter vigilantiæ omnibus ecclesiasticis negotiis vñliter proficere. Religiosorum tamen locorum utilitatibus sumnam sollicitudinem pia deuotione impendere. Quam cum omnibus generaliter debeamus, specialiter tamen assensum prerogatiæ dilectionis erga Reverentiam fraternalis tuae semper habore optamus. Quocunq[ue] dum.

dum omnibus iustis petitionibus debeatur facilis assensus, suggestione benignitatis tua promptus charitatis nostra exhibetur affectus. Itaque secundum amorem petitionis tua Ecclesiam B. Mariae matris Domini nostri IESV Christi, statim inter muros urbis Coloniae, in loco qui vocatur ad Gradus, quam pia deuotio tua construxit, & ad omnipotentis Dei honorem, atque animæ perpetuam mercedem, possessionibus ac rebus interius & exterius ditauit, sub Apostolica defensionis tutela recipimus, Apostolicâ nibilominus autoritate confirmamus, eadem Ecclesia quidquid & tua deuota religionis intentio diuini zeli feruore hac tenus contulit, scilicet Blisen, VVifsa, Vnckelo, Heigenbach, Elincke, Flammersheim, & antecessor tuis Hermannus

Hermannus Palatinus Archieps & quod tua industria de prædiis Richezae & coheredum acquisiuit, Archieps Colonien. Meckenicheim, Clotteno, Demunderedo, Assela, & decimationem in Saxonia, quæ feudum Henrici fuit, & quicquid in futurum quoconque

Prædia B. Richezzæ. modo diuinis vel humanis legibus cogruo tua charitas, quorumcunque fidelium acquirere poterit. Statuimus itaque per huius nostri Privilégij decretalem paginam, ut nulla vnuquam, cuiuscunque dignitatis, gradus, vel ordinis magna parvag. persona, audeat & presumat, ipsam Ecclesiam aut religiosè famulantes ei vlo modo inquietando molestare, aut de suis mobilibus vel immobilibus, temerario ausu discutere, quoniam dignum est, ut qui continuo obsequio in Christi solius militia exercitentur, indeficientis nostra inspectionis salubri munimine protegantur. Vnde auctoritate Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & Beatorum Apostolorum Principum Petri & Pauli, affectui sanctæ deuotionis tua, Charissime Confrater, gratanti animo annuentes statuimus, & sub interpositione perpetui anathematis, ac diuini iudicij observatione precipimus, ut Tua & hac Nostra eadem, ad augmentum præfata Ecclesia perpetualiter confirmanda, statuta, inuiolata permaneant. Si quis igitur, quod non optamus, huius nostre decretalis Privilégij pagina, temerario ausu violator existere, & sancta Sedis Apostolica contumaci rebellione decreta corrumpere presumperit, sciat se perpetua maledictionis anathemate damnandum, & cum diabolo & satellitibus eius eterni ignis incendio cremandum, nisi forte resipuerit, & Deo & prædicta Ecclesia condigne satifecerit: qui vero pia deuotionis intentione conseruator extiterit, peccatorum suorum omnium, precibus Beatorum Apostolorum Principum, consequatur veniam, & cum omnibus diuina legis observatoribus, eterna beatitudinis premereatur gloriam. Scriptum per manus Ottavianii sacri Scrinij & S. Romana Ecclesia Notarij, Calendas Maij, Indictione xx. Anno Domini nostri Iesu Christi M. L. VIIII. permanens Humbergi S. Ecclesia Sylva candida Episcopi, & Apostolica Sedis Bibliothecarj: anno primo Pontificatus Domini Pape Nicolai secundi, Indictione duodecima: Deni-

## POLONIAE REGINA.

23

Denique quæ veteri Monasterio Bravilerensi olim B. Richeza Liberalitas liberaliter contulerit, ipsum hodie testatur regium Monasterij ædificium, B. Richeza quod destructis veteribus muris, ipsa potissimum suis sumptibus de novo excitauit, quin immo donationes à parentibus suis Bravilere factas, non solum ratas habuit, sed & iis alia quædam, ac pagos integratos liberaliter adiecit, prout sequentes referunt literæ.

### Priuilegium Domini Henrici III. Regis

seu Imperatoris super Clotteno alijsq; bonis

in tractu Mosellano datis ad

Braviler.

**I**N nomine Sancte & Individua Trinitatis; Henricus diuina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si locis Deo dicatis, quibus beneficis non conserimus, saltem ab aliis fidelibus Christi tradita confirmauerimus, denuo nos procul dubio remunerari confidimus. Quapropter fidelium nostrorum, tam presentium scilicet, quam futurorum magnitudo compierat, qualiter quædam Domina venerabilis Richeza nomine, Regina quondam Poloniae, præmium suum Clot. B. Richeza teno dictum cum alijs locis subterratis, id est Coechenheimb/Ebre/Brembe/eleemosy/Asche/Maffbrech/V Verne, Tandach/Wilre/Palego, Cochemo/Conde, n. x. do/Merle/G. Nyle/Endrich/Eusenradt/Dreise/G. Ottingin, cum mansis & manciis, & cum omni integritate ipsius, in villis, in areis, in mansionibus, in vineis & arpennis, in sylvis & in agris, in pratis & aquis, aquarumq; decursibus & in pascuis, viis & iuiis, terris cultis & incultis, exitibus & redditibus, quefisis & inquirendis, & cum omnibus appenditiis suis, absque villa sui diminutione, pro remedio animæ sua, suiq; fratri bona memoria Ottonis Ducis, alio- Henricus rumq; parentum suorum in Monasterio Bravilerensi sepulchorum, liberè & inter Palatinos, grè Deo sanctog, Nicolao ad predictum Monasterium per manum Henrici Pala- Fluvij Andritini Comitis, filij patrui sui, sub cuius tunc mundiburnio manebat, contradidit da & Elz. Terminum etiam & bannum eiusdem prædicti sicut ipsa prius habuit à fluvio Andrida siue Alcia usque ad fluvium Elza ita constituit, vt nullus ibi aliquam potestatem habeat, lim Alzotius nisi Abbas eiusdem loci, & villicus eius, quem constituet. Quasdam etiam arpen- Christop. Bro nas, id est vineas quibusdam seruientibus suis beneficiauerit, id est Roperto Prae- vver. in Ann. posito duas, VVeringero de Salefeld duas, Siegobodoni de Odendorff duas, Sigefrido Treu. p. 564. Pincerna tres, Epponi de Altendorff duas, & cameram iuxta dominicam curtem Seruictium Adelberto fratri VVinboldi duas, Embrichoni de Geldesdorff duas, Aufrido Cleri- B. Richeza & suo noīa & feuda ad vitā.

D

uientium, & suo scūg. mansos cum mancipiis suis ad Lutzenrode, & vnum quod dicitur  
**B.Richeza** Scovrein in Cloteno, Ernestoni fratri suo datus mansos cum mancipiis in Dreise,  
 redeant à **VVolserum** etiam tradidit illuc cum sua possessione, eā videlicet conditione, ut  
 morte ad quamdiu viuant, Ecclesia bona sive beneficia habeant, post mortem verò illorum  
 Brawilerē nullus heredum suorum quicquam de his sibi quasi iure hereditario vindicet aut  
 Mancipio possideat, sed in ius & dominium S. Nicolai & Abbatis ipsius ac fratrum sibi ser-  
 rū cōditio uientium redeant, ut quod Abbas utilius sibi ac fratribus inde iudicauerit, faciat  
 nes matri ac disponat. Homines etiam quos dedit S. Nicolao, ita tradidit, ut nullus extra-  
 moniales, neas nisi fortè liberas, vel ex parte S. Petri Colonia dicat uxores. Si autem alienas  
 NB. Malmū acceperit uxores, omnis hereditas eorum, & vniuersa que possident, ad S. Nicolai  
 daries habet cedant Monasterium, & nullus heredum suorum in his quoquam habeat;  
 in Clotte villā. Si verò ex potestate S. Petri Coloniae uxores duxerint, filii eorum iterum accipient  
 dicta S. Petri, uxores ex potestate S. Nicolai, quod si non fecerint, omnis hereditas eorum, &  
 ad quā quoq. omnia que possident, ad S. Nicolai & Abbatis redeant dominium. Eadem verò  
 multa spectat rogance Abbas Tegeno predicti Monasterij, idem ei predium promisit, cui benefici-  
 mancipia, cum postquam ipse illud in suam redegerat dominium, cui statim curtem Caudae  
 Tegeno & familiam quinque libras ibi soluentem, quod fuit Ellonis beneficium ad Gevverre,  
 Abbas, El- tradidit; & VI. arpennas Clotteno, que fuerant Sicconis Comitis beneficium, &  
 lo, Sicco duas mansunculas, quas V Vecelinus habuit, & in quibus habitauit. Tradidit  
 Comes, etiam castrum suum Chuchomo Henrico Palatino Comiti filio patrui sui, eā scī-  
 Wicelin⁹, licet conditione, ut quamdiu viueret, super ipsum Clotteno defensor & Aduocatus  
 Hericus Pala- existeret, post obitum verò suum, sibi hereditibus careret, proximus hæres Domi-  
 ninus, qui ha- na Richeza Regina, aduocatiam super eadem bona haberet, si verò & ipsi heredes  
 bunt priuignū defuerint, Coloniensis Archiepiscopus eandem aduocatiam tribuat, cuicunque  
 Siffridū Bra- Abbas & Fratres petierint; Sicconi verò Comiti, qui eandem Aduocatiam à Pala-  
 bantinū, con- tino Comite predictā Reginā Richezā petente suscepit, tale seruitium tribus tan-  
 ditor Lacenfis cum temporib⁹ anni, sibiq. succendentibus Aduocatis constituit, scilicet ut ad v-  
 Monasterij, numquaque placitum detur Aduocato modius vnius tritici, & vnius filiginis, &  
 Archps Co solidi quinque leuis moneta, pro carne autem porci vel ouis quinque solidi leuis mo-  
 lon. Aduo- neta valentes. & tantum vini deitur, quantum ad istud seruitium conueniat,  
 catus Co- modij quinque auena, id est ad duo placita modij decem auena. In natali verò  
 cheimēsis. S. Ioannis Baptiste, in prato quod vocatur Harrut, pabulum ei detur in gramine,  
 Sicco Co- addito uno modio auena. At si villicus vel de edificis, vel de agriculturā plati-  
 mes, tum ibidem habuerit, nullam inde partem vel iustitiam querat Aduocatus, simi-  
 liter & de plecito quod vocatur Budinch. Hanc autem traditionem, cum monetā  
 & mercatu, per manum Henrici Palatini Comitis, sub cuius tunc mundiburnio  
 Hermānius manebat, in presentia nostra & Domini Hermanni sancte Colonensis Ecclesie  
 2. Archieps

venerabilis ac p̄g Archiepiscopi multorumq; Principum regni fecit. Quam Abbas Tegeno eiusdem Monasterij & Sicco praefatus Comes & Aduocatus ibidem suscep-  
perunt, nostram Imperiale flagitantes clementiam, ut eadem bona Deo sancto q; Nicolao confirmaremus; & ut nauibus & bonis, Abbatis & Fratrum, & familia  
de Clotteno & Mesenich, per alueum Rheni sive Mosella, quodiescumque necessitas Clotten,  
poposcerit, liberum ascensum & descensum sine aliqua exactione iherlonij tradere-  
mus, quorum petitioni ariuentes chartam hanc inde conscribi, manuq; propria  
re subtrahendam videtur corroborantes, sigilli nostri impressione iussimus communiri.  
Quam si quis infringere tentauerit, ad primum iram Dei, sanctiq; Petri, simul  
oennium Sanctorum incurrat.

Signum Domini  
Henrici Tertij Regis  
Inuictissimi Secun-  
di Romanorum  
Imperatoris  
Augusti. CR 

V Vinthericus Cancellarius vice Bardoniis Archicancellarii recognosuit.

Dat. X. Kalend. Auguſti, Indictione I V. Anno Dominica Incarnationis M. L. I.

Anno autem Henrici Tertij Regis, Secundi Imperij ordinationis eius XXIV.

Regni verò XIII. Imperij V. Actum Comphyngen feliciter Amen.

Cuius rei testes sunt Hermannus Coloniensis Archiepiscopus, Henricus Comes Palatinus, Sicco Comes, Starchri Comes, Gerardus, Berengerius, Gezvynus, Rutgerus, Embrico, Eppo, V Vinboldus, Auffridus.

Priuilegium Domini Henrici III. Regis  
seu Imperatoris de Prædio In Bruvviler, & de Sylua &  
aliis bonis prope Coloniam donatis.

In nomine Sancta & Individua Trinitati Henricus diuinâ faveiente Clementia

Romanorum Imperator Augustus. Notum esse volumus cunctis praesentibus, quam  
faturis, qualiter Erenfridus beatæ memoriae Comes Palatinus, vna cum coniuge sua  
Domina Mathilde, Abbatiam in loco qui vocatur Brawilre construxerunt, quam  
secundum quod à Domino fuit eis inspiratum, compositam & ordinatam posuerunt,  
sub mundiburnio S. Petri Colonia, scilicet ut Abbas loci illius, annis singulis trium  
Coloniensem moneta denariorum pondus autem, ꝑ lingua vulgari mancus appellant,  
vnum ad altare B. Petri persoluet pro cœsi. sicq; Monasterium illud in perpetuum cum  
vniuersis appenditis suis ad cetera liberum, sub tutela Beati Principis Apostolorum,  
ab omni posteritate permaneret intactum; poste à defunctis supradictis Principibus,  
filij eorum Hermannus scilicet charissimus noster sancta Colonensis Ecclesia venera-  
bilis ac pius Archieps, nec non sorores eius, D. Richeza Polonia quondam Regina, ac  
Theophanu Asnyensis Monasterij Abbatissa; Hi, inquam, parentum suorum succe-  
sores, edicti à legisperitis, irritari posse traditionem illam supradictam, Monasterium  
cum omnibus eo pertinentibus in hereditarium sibi ius legibus postularunt, quibus  
loco & tempore concessis, Dominus Hermannus Archiepiscopus cum Aduocato suo  
Rutgero, nec non Domina Richeza cum Adiutorio suo Gerardo in Poderbrunnon,  
Domina quoq; Theophanu in Goselare in meam venerunt presentiam, legem de pre-  
dicto postulantes Monasterio. Quibus, in mea praesentia placito iudicio, legibus discuss-  
Adiudicata sis, filij parentum suorum hereditatem Principum obtinere iudicio. Sed mox ti-  
hæreditatē more & amore Dei commoti, pro se suorumq; parentum eterna memoria, eandem  
Religiosis reddant. Religiosis  
Brawiler &c 10. pagi  
dantur Re-  
ligiosis.

Termini  
districtus.  
Arnafa fl.  
Etst.

Stenderhagen cum omnibus appenditis suis, hoc est utriusq; sexus, mancipiis, lo-  
cis, adiiciis, terris cultis & incultis, viis & inuis, pratis, pascuis, sylvis, venationibus, a-  
quis aquarumq; decursibus, molis, molendinis, punctionibus, exitibus & redditibus,  
quaestis & inquirendis, cum omni utilitate, que villo modo inde prouenire poterit.  
Dominus Hermannus Archiepiscopus, & Domina Richeza in Puderbrunnon, Do-  
mina vero Theophanu paulo post in Goselare rata ac perpetua traditione S. Petro Co-  
loniae in perpetuam proprietatem absque omni exceptione cum Aduocatis suis in ma-  
nus Christiani Aduocati sui, tam liberum ab omni seruiture donando tradiderunt,  
quam prater Abbatem & Fratres eiusdem loci nulli hominum, in aliquo iure te-  
neatur obnoxium. Terminum etiam ac banum eiusdem predij predicto Monaste-  
rio, sicut eorum progenitores habuissent noscuntur, designantes à via, que dicitur  
Jaiopswiech usque ad viam Hespathi riursumq; à via Hespathi ad viam re-  
giam, & à via regia per cursum riuali, qui dicitur Bisspach usque trans fluuium  
qui dicitur Arnes, ita constituerunt, ut nullus ibidem aliquid iuri vel potestatem  
habeat,

beat prator Abbatem ipsius loci, & villicum quemcumq; statuerit. In eodem quoq; prædio quatuor sylvas, quarum nomina sunt Wiedehowe / Hanepure / Assp / & Quatuor sylvae dantur.  
 Brom eidem Monasterio cum omni sua integritate contulerunt, quarū duas id est Wiedehowe & Hanepure, illi solammodo familia Ecclesia que censū soluit ad subleuamen concesserunt, ita tamen ut nullus extraneus aliquid iuris in eis habeat; porro duas reliquas id est Assp & Brom libere & integrè ad Camerā Abbatis constituerunt: Cui etiā Abbat singulariter duas paludes, una inter Syntere & Gles- sene, alteram circa flumū Arneſe à sylva quercea, vñq; ad ponē Turre / tali iure tradiderunt, ut nemo in his preter Abbatem aliquam forestatem usurpare præsumat, neq; aliquis ibi excepto Abbate, & fratribus pīscari audeat; prata quoq; que ipse Ezzo Comes Palatinus tunc habuit, vel Abbas & frates eiusdem loci, acquirere potuerint, in illis terminis qui vulgo dicuntur, Coppelē / Wede / quorum terminorum duos Sancto Petro dedit, unum in Thoneburgh / alterum circa ripam Arneſe / tali eos pace habere decreuerunt, ut nulli penitus quicquam iuris inde face- re compellantur. Sylva etiam que p̄ magnitudine die Vele nūcupatur, D. Ezzo memoratus & frater eius Comes Ezelinus dum communī vilitate possiderent eandē vilitatem parientes, ob remedium suarum animarum duobus cœnobij tradiderūt: Sylva Ville datur cœ- nobij.  
 Com. Palat. sua quidem patrē S. Nicolao in Braviler, frater verd eiusua S. Cornelio eū prædio Bercheim, hanc vtrobijq; legē statuentes, ut nullus in predicta sylva ali- quid potestatis aut iuris habeat, preter supradictorum cœnobiorū patres, & mansio- narios illos, qui in bonis Ecclesia destructare sacerire, & cœmunitate debebunt, vel quibus ip̄sī Abbates per misericordiā concesserint; nullus aut̄ extraneorū in eā aliquid quasi per iustitiā, usurpandi licentiam habeat, preter illos tantū, quos predicti Abbates in illis personando sibi frumento consignauerint, qui vulgo dicuntur VVerlude, eā ta- men conditione ut si ipsi homines, aliquid contrarij admiserint, liceat ipsis Abbatibus ad Indam, eos inde expellere, & alios quos voluerint pro eis admittere; si quis aut̄ absq; eorum concessionē aliquid in illa sylva præsumperit, & forestarius Abbatis in Brumistre hos deprehendens aliquid pro pignore detinuerit, vtriq; Abbates ex aequo potiuntur eadē vicitudine custoditā, ex parte Abbatis Sancti Cornelij si forestarius ip- sis idem deprehenderit simili modo partiendo, nec suis aduocatis inde aliquid da- re aut respondere tenebuntur. Venerabilis itaq; Archiepiscopus D. Hermannus, suoq; sorores prenominait tam p̄ am ac sanctam imitati devotionem, & factam ab co- traditionem approbantes, dictam sylvam cum suis vilitatib; prefato cœnobio adiece- runt eā ratione quod tam caminata Abbatis quam fratrū officiis, id est coquim, pi- strino, infirmorū domibus, vel vbi cung, iusta ordinatione fratrū necessitas postula- verit vsus necessariis in perpetuum inde proueniret. His ita per omnia, perinde & distin- tè p̄secutis, & traditione legitima atq; cōpetētē peracta, rituq; legali Col. Ecclesiæ p-

**Exemptio  
Regia.**

**Libera Ab-  
batis ele-  
ctio.**

**Electio**

**Aduocati.**

**Approba-**

**tio Regia**

**Aduocati**

**Approba-**

**tio Regia**

**Aduocatus**

priestate confirmata, ipsi qui tradiderant nostram adiuere Clementiam; rogantes ut eam loco predicta libertatis gratiam statueremus, quatenus ab omnium presentium ac futurorum tam Pontificum quam Regum seu Imperatorum, liber dominatu letius tam pro nostra quam pro ipsorum salute vacaret. Quod si etiam Abbas loci ad Dominum migrauerit, & est infra locum Frater idoneus, electum a Monachis Archiepiscopus Abbatem constituant; si vero secum non inuenierint, inter alios Archiepiscopi Monachos Patrem eligat Monasterij, qui ab Archiepiscopo ipsum ordinante presiatur, Archiepiscopus quoque Abbatis consilio Aduocatum constituant, dum Abbas idoneum relit, sub quo nequaquam alius fiat, quem secundum vocant Aduocatum; hanc eorum petitionem iustam ac piam agnoscentes, annuente simulq; regnante predictoru te Domino Hermanno tunc temporis in Urbe Sanctâ pio ac venerabili Archiepiscopo Christiano qui & ipse traditionem fecerat, Aduocato quoque Domus S. Petri Christiano presente Aduocatus atque assentiente voluntati corum præbuiimus assensum, loco illi scilicet Bruvvillare, prænominatam Abbatie libertatem statuentes; Atque ut rata & inconculsa maneat in perpetuum, chartam hanc libertatis ei conscribi, manuq; propria ut subiicitur corroborantes, sigilli nostri imprestione inservi insigniri, quam si quis infringere tentauerit, ad primum iram Dei, sancti q; Petri, simulq; omnium Sanctorum incurrat, sciatq; se compositurum auri purissimi libras centum, nostra Camera medietatem, Archiepiscopo alteram medietatem.

Signum vii supra pag. 27.

### Priuilegium aliud D. Henrici III. Imperatoris seu Regis de Prædio in Bruvvivre, &c.

**Hermanus** **Archiep̄s.** **Richeza** **Regina.** **Donatio &** **placito iudicio,** legibus discussi, filii parentum hereditatem iustitia dictante per sententiam Principum obtinuerunt. Qui amore & timore Dei commoti, pro se, **Brawi-** suorumq; parentum, frarum & sororum, in gremio eiusdem Ecclesie sepulchorum, lereassis. **eternâ memoriam**, dictum prædium Bruvvivre, cum omnibus appenditiis suis, & cum

& cum omni integritate scilicet, in agris, in prati, aquis, pascuis, sylvis, Deo ac piissimo Nicolao, & Fratribus ibidem Deo seruientibus perpetuo possidendum secundum definitionem, ac liberam parentum suorum traditionem pari devotione contulerunt.

Terminum etiam & bannum ipsius predij, predicto Monasterio, sicut corum progenitores habuissent noscuntur, designantes à via que dicitur Datepsweg / usque ad risdictionis viam Hespach / rursumq; à via Hespach ad viam regiam, & à via regia, per Brawile cursum riulti, qui dicitur Bischbach / usque trans fluuum qui dicitur Arnesel tensis.

Ita constituerunt, ut nullus ibidem aliquid iuris vel potestatis habeat, prater Abbatem ipsius loci, & villicum eius quemcumque fuerit: pro abundantia quoque cavela.

B. Petro sancta Colonensis Aduocato Ecclesie summo Patrono, idem Monasterium dictumq; pradium in proprietatem, absque omni exceptione, in manus Christiani Colonensis Aduocati, rata ac perpetua donatione tradiderunt, quatenus idem Aduocatus locus ab omnium presentium & futurorum, tam Pontificum quem Regum seu Imperatorum liber dominatu letius, tam pro nostra quam pro illorum salute vacaret.

Verum quod plerumque accedit, seruos Dei aut persidorum violentiis opprimi, iniuriis seu damno fatigari, cauto deliberationis moderamine constituerunt, ut Coloniensis Archiepiscopus de consilio ac voluntate Abbatum dicta Ecclesie Aduocatum preficiat, dummodo Abbas idoneum velit, post quem qui secundus dicitur Aduocatus, nullo modo subrogetur; de seruitio etiam quod exhibendum erit huiusmodi Aduocato, sic ordinauerunt, scilicet, ut tribus anni temporibus, quibus legitima placita obseruanda erunt, cum viginti equis Aduocatus in locum veniat, & prima nocte qua venerit, sequentiq; die seruitium ei Abbas tribuar, ut tantum sufficiat, debinc manè scilicet tercia die prandium solummodo recipiat, & recedat. Ipse quoque Aduocatus caueat, ne super statutum sibi seruitium superfluum aliquid exigit, vel requirat. Si vero plures secum adduxerit, in Abbatum erit arbitrio, ipsis aliquid aut nibil dare; familia quoque eiusdem Ecclesie obseruet placitum eiusdem Aduocatus tribus anni temporibus & non amplius.

Quotiesvero Abbas, vel suis villicis a-  
proBruvvilre, vel quolibet in loco, infra terminos Abbatie placitum habere voluerit,  
Quod vulgariter Beding dicitur, id sue sit potestatis, nihilq; in tali placito Aduocatus requirat, aut vendicare presumat: Huius igitur constitutionis paginam, que  
ad instantiam supra memorati Colonensis Archiepiscopi & sua sororis Dominae Ri-  
chex Reginae, in Nostra Primorumq; regni presentia, in se & rationabiliter ordi-  
nata est, re rata & inconculsa in perpetuum permaneat, manu propria ut subtue-  
videtur, corroborantes, Nostris sigilli impressione iussimus insigniri. Quam si quis  
infringere tentauerit, Dei omnipotentis sancti Petri & omnium Sanctorum in-  
currat iram, & ut violator Nostra Constitutionis perdat aduocatiam illam sciatis  
se com-

se compositurum aurum purissimum libras centum, nostra Camera medietatem, Archiepiscopo alteram medietatem &c.

Signum uti supra pag. 27.

## B. Richezæ Reginæ diploma de sua donatione quorundam mansorum & mancipiorum.

**I**N nomine Sanctæ & Individuae Trinitatis. Notum esse volo tam presentibus quam futuris, quod ego Richeza Regina, postquam frater mens beatæ memoriae Otto Dux medietatem Bravvilerensis prædij, que annuente fratre nostro Hermanno Archiepiscopo, iam in usus nostros transferat, pro anima sua, & pro parentum suorum ibidem pausantium eterna memoria Deo sanctoq[ue] Nicolao reconsignauit, pro illo paulo post defuncto, aliqua etiam de meo chartulae huic indita, monasterio illi statui addere, velle habens bonum adhuc ampliora, si vita comes fuerit, conferre; quod illuc locum sepulturæ meæ iuxta matrem meam elegi. Deo volente Auffridum videlicet Clericum meum cum xiiij. mansis ad Lünenrode / & mancipijs suis & cum iiiij. carriadi Schorzyvins à Clotten. Et insuper fratrem eius Arnoldt / cum beneficio, quod habet Dreise / id est ij. mansos, cum mansis & mancipijs suis. Ruotpertum Capellatum meum, & Embrichonem ministrum meum, cum beneficiis suis quo post mortem eorum deputauit ecclesia. Amborum verò assiduâ petitione deuicta, voluntati eorum assensum prabui, ab hac eos donatione absolui, ac pro eorum commutatione alios subternotatos cum beneficiis suis ibidem consignauit. VVolphardum scilicet & cum suo & eo quod dedit Adelgerus filius sua, vxori eius plns ij. mansis; Huczonem fratrem eius cum dimidia, Vniconem ad Geldestorff cum ij. mansis, & terra de Seelanden / & molendino, VVendecham ad Aldendorff cum manso, VVipertum cum dimidia, Ezzelinum de VVrmerstorff cum iiij Ezzelinum ad Mechlethenheim cum dimidia Ruotpertum & Azevvis ad iiij denariatas cera, Milonem Clericum cum iiij parte Ecclesie, Ruboldus Rode, Vulferum cum possessione suâ. Ea autem ratione dedi eos, vt ipsi & omnis successio eorum, solvant singulis annis duas denariatas cerae ad Ecclesiam ipsam; Beneficia verò qua habent, vt post mortem eorum non ad filios, aut filias, sed in censu redacta, statim in usus Deo illie seruentium transcant, hoc modo vt per singulos annos in anniversarij nostris de fratribus plena refectione nostra augmentetur memoria & vt per circulum anni saltem solemibus diebus ex ipso eorum exhibeat cœna. Qui ergo ex his aliquid commutauerit vel in usus alios quam statui transtulerit ex eleemosyna mea peccatum grande se contraxisse nouerit, qua causa cum ad defensores ecclesia peruenierit, forte Deo volente irrita erit, & ipse perpetue maledictioni subiacebit. Subiecto quoq[ue] quoniam iam distus minister meus Embricho, post aliquot annos paenitentia ductus,

ductus, possessionis sua qua Geldessdorff dicitur, qui am ipse & uxore eius Doueranna, me donante propriam habebant, post mortem eorum S. Nicolaum heredem instituerunt, & à Tegenone Abbate alias ad Budelichhouse utramque iure pretario habendam quam diu vixerint suscepserunt, & mansum vnum ad Gelpenhofe / ve / soluentem quinq[ue] solidos, & duos castratos gallos, & modium tritici, in amicu- uersarijs suis singulis annis, ad refactionem fratrum addiderunt; possessionulam etiam Ottinige dictam, quo data est pro anima Henrici Comitis filij fratris mei Litt dolphi subiungo, monens ut ex ea fiat memoria charitatis & eleemosyne in eius antiuersario, mansum quoq[ue] vnum & iugera ad Misteleberge, que Ruotgerus Aduocatus minister patris mei, pro anima sua dedit, & xv iugera cum mansiuncula xxiiij. denariorum ad Hapescozze que uxor eius VVazela addidit, partemque terrae ad Bachendorf p[ro] quam Chuno de Dwestkirche communem S. Nicolao & S. Heriberto obtulit, pro anima sua, cuius medietatem Eppo de Aldenidorp ab Abbatte Ellone prefecisti impetravit sibi quam diu viveret habendam. Nulli autem heredum suorum, post mortem suam relinquendam litterulis his adjicto, ut eorum omni tempore non negligatur commemoratio sui. Quæ ne posteros lateant NB. Sigillū  
hanc cartulam sigillo nostro insignitam fieri iusti, & testibus subscriptis corroborata. B. Richezæ.  
tam fore censui, Henrico Comite Palatino, Ruotgero Aduocato, Gerardo Comite,  
Guosvino, Storckero Siccone Comite, Ruodpero Capellano, Emricone, Eppone,  
&c. Datum vij. Idus Septemb. Anno ab Incarnat. Domini M. LIV. Indictione vii. Re-  
gnante Henrico III. Romanorum Imperat. Augusto.

## Aliud diploma liberalitatis B. RICHEZÆ.

Reginæ.

**I**n nomine sancte & individua Trinitatis. Sicut Religiosa ac pia semper parentum sollicitudo quodam affectu dilecti filii non solum in temporalibus ad præsens, sed etiam de mansuris prouidere debet in futurum; sic deuota filiorum successio rationabilia parentum Deoq[ue] placita instituta non tantum debet inconuulsa custodiare, verum ad instar seruorum fidelium sibi creditum à Domino talentum gemitando per opera misericordia & semper ad meliora proficiendo eterna retributionis premium fiducialiter expectare. Inde est quod ego Richeza Polonia quondam Regina, post decepsum Patris mei Domini Erensidi illustrissimi Comitis Palatini & Matris mea Deo deuotissime Mathildis, Brauvvilerensi caenobio ab ipsis primum fundato paterna donationis intuitu debitam cupiens exhibere reverentiam, possessiones ad ipsum predium Bruvviler pertinentes, cum villis, agris, mansis, mancipijs, syluis, pratis, pascuis, molendinis, aquis aquarumq[ue] decursibus, questis & acquirendis, in ipso termino constitutis Kloteno etiam super Mosellam cum suis

appendit⁹ Mese nich⁹ & Rile cui⁹ omnium integritate. Sicut Pater me⁹ ea iure proprietatis legitimè & pacificè possederat, & iam dudum viuus & incolus pro remedio anima sue, & Matri⁹ me⁹ defuncta, prefato monasterio cum filiorum consensu libere tradiderat. Quemadmodum in Privilegio Domini Piligrimi venerabilis Coloniensis Archiepiscopi continetur, hac inquam Deo sancto Nicolao consignata secundum Patris mei constitutionem, non solum rata & inconuulsa eu-  
stodire curauit, verum etiam de meo Patrimonio ad hoc mibi superstite, Christum faciens heredem, ob sempiternam parentum & fratrum meorum in gremio eiusdem Ecclesie sepulchorum mei, memoriam D. Nicolao Prefati Cenobij Patrono ar-  
pennas xxij. in Cloteno perpetuā traditione adieci, mibiq; in eodem loco post dece-  
sum meum locum requietionis & sepultura destinando prouidi, si quis autem hanc  
mea constitutionis paginam infringere, vel ausu temerario violare presumper-  
tit, iram Dei Omnipotentis & Beati Petri Principis Apostolorum, Sancti Nicolas &  
omnium Sanctorum incurat, & nisi matrē respicat auctoritate Patris &  
Fili⁹ & Spiritus Sancti perpetuā anathemati subiaceat, verum ne quis huic liberae  
mea traditioni in sua simplici veritate derogare poscit, in futurum contra perfidiorum  
Machinationes praefens scriptum sigilli mei impressione munire, ac robo-  
rare curauimus testibus Idoneis, qui hec riederunt, & audierunt subternotatu-  
ris. Nomina testium Henricus Comes Palatinus, Ruotgerus aduocatus, Gerhar-  
dus Comes, Gosvynius, Storckero, Sicco Comes, Ruotpertus Capellanus, Embrico, Epi-  
po, VVinboldus, Ansfridus, Hengo, data viij. Idus Septemb. Anno ab Incarnat. Domini  
Millesimo 51. Indictione iiiij. Regnante Henrico Tertio Romanorum Imperato-  
re Augusto.

### Diploma S. Annonis de liberali donatione oppidorum Saleuelt & Coburg per B. Richezam Chri- stianissimam Reginam.

**I**N Nomine Sanctæ & Individua Trinitatis, Anno secundus diuinā prestante mi-  
sericordia Sancta Coloniensis Ecclesie Archiepiscopus. Consideramus ergo quod  
fecit mihi Dominus magna qui potens est, anxius factus sum, pro eo quod vix inue-  
nirem quid retribuerem Domino pro omnibus que retribuit mihi: his curis astu-  
anti mihi diuina pietas viam aperuit qua pergens, eo quod desiderabam attingere  
posse speraueram, scilicet ut ampliando Ecclesiam dono Dei mihi commissam his qui  
me praecesserunt viria toto paene orbe terrarum, tum sanctitate tum patrimonio, cum  
generis claritate conspicuis, & vt pace illorum dicam me studiosius operantem parentem  
illis factum esse, dicere non permidem. Inde occasione data Dominam Richezan-

Regi-

Regiam super quibusdam prædijs Salefeldi videlicet & Roburgh / quare-  
 riis de his precariam consentiens, ea sancto Petro Colonia traderet, conuenimus.  
 Quod cum in aditu primo parum ad votum responderet, voluntas Dei fuit  
 ut non longo post tempore, quod quarebant prospicere ac felicem haberet exi-  
 tum. Vnde notum esse volumus cunctis tam futuris quam presentibus, Domi-  
 ni Dei, & Sancti Petri fidelibus, qualiter Starckhare quidam vir ingenuus  
 & Comes, miles ipsius Regine precepto atque petitione Domina Sua Salefel-  
 de / castellum cum omnibus & Vniuersis ad hoc pertinentibus terris ac syluis fore-  
 stris atque pictionibus, pratis, pascuis, & familiis, & quicquid ipsa proprie-  
 tate habere visa est exceptis seruientib[us] Sancto Petro Colonia ac r[er]um Archie-  
 piscopi Christiano Aduocato tradidit iure perpetuo possidendum: eo videlicet teno-  
 re, ut ip[s]s[u]s prædijs v[er]sus fructum Domina Richeza v[er]g[ine] in finem vita sua teneat,  
 ea quoque ratione ac firmissimo interdicto, ne vnuquam aliquis Archiepiscoporum NB  
 per concambium, vel cuiquam in beneficium dando Salefeldi vel ad hoc perti- Alienatio  
 nentia à Dominatu suo faciat alienam, nisi forte quantum nos cum eiusdem Re- Salefeldiae  
 gina consilio, pro anima nostra nec non ipsius suorumq[ue] parentum per monasteria annullatur  
 Colonia desribuendum ex ipso statuerimus. Sed & decimam vestimentorum, nisi in mo-  
 siue cuiusq[ue] generis pannorum, nec non & Lodicum mellis, & cera in r[er]um Mo- nastrarum in Bruntovile Regina dispositus; Nos quoque pro deuotione Christianis- fiat.  
 simae Regina, non multa quidem à nobis querenti, quantum tamen ipsa proposuerat  
 in precariam eius concessimus, has videlicet villas dominicatus nostri, ei tradentes  
 v[er]g[ine] in finem vita sua, cum omni utilitate possidendas, Gedkebach / Orzenheim /  
 Wickolo / Mossendorff / Muoterfheim / Blasheim / Quouero. Insuper  
 annis singulis centum marcas argenti, de Camera nostra, que omnia eo tempore sa-  
 eta sunt, ut si quis vel Rex, siue Episcopus, siue ipse ego, vel aliquis successorum meo-  
 rum de his omnibus ei aliquid minuere, vel aliquo modo mutare nisi ipsa petente  
 tentauerit, odium Dei & S. Petri incurrat, ipsaq[ue] sit potens Salefeldi & omnia  
 ei per continentia recipere, eisq[ue] vt proprijs vti. Tradidit quoq[ue] Domina Regina, imo  
 super dictus Comes Starckhare / seruientes quos supra exceperimus omnis vtriusq[ue]  
 generis, ad hec prædia pertinentia, precepto atq[ue] petitione Domine sua, ad Altare S.  
 Petri, sub censu duorum denariorum annis singulis, quatenus ipsi & omnis posteri-  
 tas eorum, sub e[st] lege permaneant, quem omnes similem censum ad altare soluant.  
 Illud quoq[ue] firmata ratione constitutus, vt liberis ..... venatoribus, siue cuiuscunq[ue] generis  
 bominibus adhanc donationem pertinentibus que suis temporibus iura & optimas  
 consuetudines habuisse probare poterint..... Anno ab Incarnatione Domini nostri  
 IESV Christi M.L.VII. \* Indictione x.vij. Kalend Iulij. Facta est hac traditio in

\* 1056.

**S**aleuelden / secundum legem & ritum gentis illius; Cuius rei testes sunt, hi & stantes quidem & ridentes traditionem, Otto Comes, Otho / Wetergo / Rom-  
zezo / Herman eiusq; filius Herman / & iterum Herman Ruechart / Ger-  
wahrde / Adelger / & iterum Adelger / Gunhere / Raithere / Mazzo / Ruod-  
olff / Herman / Adelhart / Adelbert / Gerber / Vito / Helmbolt / Ruoz-  
lie / Adeleth / Marlog / Unicho / Sebo / Babo / Gadeher / Starckhare.  
Quando Domina Regina stans in domo S. Petri traditionem hanc recognouit, &  
Starckhare Comes ita ut in Sal fe di tradidit, S. Petrum ita vestiuit. Testis  
est Coloniensis Clerus, & populus, cum hi quos subternotauimus, Berthole / Sicco,  
Knotgher / Adolff / Christian / Ingram / Bering / Adelger / Burghart /  
Thiemar / Herman / Arnoldt / Godesfrid / Vereinig / Sigebodo / Walte-  
re / Rug / Gozwin / Wecho / Euno / Wigman / Hermann / Herwardt /  
Bertholt.

### Notatio.



N descriptionem huius diplomatis mendū irrepit, nam pro ann. 1057. legendus est an-  
nus præcedēs 1056. illo enim anno indictione  
decima fuit. Deinde cū aliqui ex Epitaphio  
B. Richezæ velint fatalem ei diem, fuisset 9.  
vel 12. Cal. April. anni 1057. Si annus huius  
donationis fuisset 1057. iam post tres à mor-  
te menses donasset B. Richeza Saleueldiam & Coburgum, quod ab-  
surdum foret.

### Caput Undecimum.

B. RICHEZÆ ERGA EXTVRBATORES  
suos, eorumq; Legatos mansuetudo, & B. Casimiri è  
Monachatu ad diadema reuo-  
catio.

**N**Onnulli rerum Polonicarum Scriptores, posteaquam misse-  
rum regni sui, exulantibus Regina & Rege filio, descripsere sta-  
tum, Sanctissimam Matronam nostram, quasi crudeliter pasta fue-  
rit subditorum miserijs, leonino prorsus dente rodunt, ac dilacerant.  
Nam ita Cromerus, de legatione agens ad inquirendam Casimirum  
adornatā ait: *Oratores delecti, primores viri ad reuocandum cum luculento viatico  
& amplis muneribus, publicè contributis instructi, ad Rixam in Saxoniam profici-  
scuntur, ei dona dant, quo in statu sit res Polona, curue ipsi veniant, supplici &  
miseri-*

miserabili oratione exponunt. Illa implacabilis mulier alfernari preces, exprobra- Calūnia in  
re electionem suam, insultare malis miserorum, negare filium postulata ipsorum facturum esse, ipsorum scelere eò redactum, ut calamitatis tedio exilyq; pudore in Gallias secederet, Cluniaciq; vita monastica sese addiceret. ] Hæc ille.

Verum ego potius Dugloso Nobili è Polonia viro fidem esse adhibendam censeo, qui à Baronio sæpe laudatus refert: RICHEZAM Refutatio afflictas & miseras regni Polonici vices doluisse atque misertam fuisse. calumniæ.

Ipsam vñā commemorabo Casimiri ex monachatu reuocationem ad regnum. Itaque Baronius ad annum 1041. ex Dugloso sic narrat: Omnibus autem in Polono regno Rempubl per desperationem deserentibus, nihilq; salutare in commune conferentibus, patria occasum cum suo exitio propediem venturum, arcibus aut locis palustribus & inuis Proceres, & Primores operiebantur, Republica Polonorū vehementi & interno & externo hoste deformata, & ad extremam penè internacionem detrusa & depressa: cum singuli quasi quadam tempestate fuisse iactati, splendor quidam, velut è celo dimissus peitora Primorum inspirauit. Primores enim & Barones Polonorū crebris tractatibus, exiguae eius & exangues reliquias saluare cupientes, defunctoria rerum & quoniam modo statu prior & facies Reip. reddi posset, consultabant; & omnium quidem sententie congruebant, sine Rege & Principe, neque mala exortare depelli, neque ad debitum ordinem posse regnum reduci. In eligendo tamen & assumendo Principe, erant varijs & diversi. Quibusdam enim placebat, aut ex vicinis Principibus, aut ex propriis militibus Regem eligi. Sed hec etiam sententia multas secum difficultates futuras & incommoda trahens, cum verendum esset, ne eligendus si de Principibus vicinis esset, principatum detrectaret: Si vero de genere proprio, ne in contemptu fastidiumq; veniret, omnib; auctoritate Aliis placebit, expulsum & in exilium missum heredem & filium Regum Casimiri querere, & omnibus modis ad regni reducere regimen, quo vivo certissimum esset, quemlibet iustum & prudentem Principem, Regnum Poloniæ & lacerum & deformem abnützatum, neque parui pendendi prolem Regiam, cui hereditas & successio debebatur, sed immo auitam sperrandam in Casimiro in dolo, neque alium extare Principem, qui Reip. Regni Poloniæ aque posse & abrogare deformitates & instaurare ruinas. Iniquum in superesse, Boleslai Magni primi Polonorū Regis beneficia, & in patriam & in se prostuta, oblitum iri; nepotemq; suum eo regno proutari, cuius ille virtutis sua excellentia primus diadema meruit. Hæc sententia cum ab omnibus collaudata & accepta fore, decernentibus iudicantibusq; singulis Proceribus, Regionem Polonorū suam dignitatem suumq; statum, nisi Rege Casimiro recuperato, recuperare & tenere non posse. Post multos itaque tractatus, post varias iactationes, finaliter & tumultus,

finem ad hunc modum disibiis placuit ponere, modumq; statuere odiis, solusq; Casimirus dignus visus est, cui Regnum legali communi vero eligendi deferrent. Quem Deus Omnipotens in sue indignationis nubilo, misericordia sua non oblitus, quasi scintillam modicam pro Polonorum restauratione gloria voluit conseruare. Pontificibus interim & Palatinis, ex quibus maxime ecclesiastico scilicet & seculari statu uniuersum corpus Consilij apud Polonus ad promouendam Rempubl. concinnatur; nonnullisq; alii Baronibus paucis tamen admodum in Gnesensem Metropolim iterum conuenientibus, Stephanus Gnesnensis Archiepiscopus, de CASIMIRO deligendo sententiam dixit, quem omnes sunt tacite secuti: Nuncij post haec ad querendum CASIMIRVM designantur, & mittuntur mandato & auctoritate, instructioneq; fulciti, ut pro illius reductione quaque etiam difficultia subeant, cum in eo vnioco, vnicas spes miserabilis patria consistat. Nuncij autem Polonorum publica executuri mandata, arreptosq; itinere, primò ad Alemanniam disertunt, & RICHSEHAM Polonia Reginam, Miceslai olim Polonia Regis reliquam, in Brunswick degentem offendunt, cui cladium & malorum, quibus Polonia regnum pressum erat, magnitudinem, quam & ipsa ex rumoribus intelligebat, exponunt; rogantq; ut vbi terrarum & gentium filium suum Casimirum inuenire possint, eis fideliter nunciet & declareret; Regina autem RICHSEHA, et si suas filijq; sui propter exilium illustratum iniurias vltas esse gaudebat; calamitatum tamen multitudo, etiam mulierem affectum superabat, propter quod Regno Poloniae, tam miserabilis & afflictio non poterat non compati, spirituq; compassionis impulsa, viuere quidem filium Casimirum, sed in religionem sacram S. Benedicti transisse, & monachali habitu & statu in Cluniacensi Monasterio in Gallis sito, perseverantem, Regni terreni cupiditate distrahi non posse, & spe concepta Legatos frustrandos esse. Terruisset delatio hac quantumcumque constantes viros; Legati tamen Polonorum, nihil iis que à Regina pro indifficultando & succidendo eorum itinere dicebantur perculti, honorata Regina RICHEZA, de iis quæ secum ferebant muneribus, in Gallias profecti, Cluniacum tandem pertueriunt, & Ducem suum CASIMIRVM monachali habitu vestitum, recognoscunt, obertoq; lacrymarum imbre, certatim in eius ruunt amplexus, felices se ac beatos astruunt, qui Principem tanto labore quascum, viuum & incolumem repererint. Ad quem petita audientia & de consensu Abbatis Cluniacensis obtento (is erat Magnus ille Odilo, sanctitate præcius) verba faciunt: Omnia, inquit, Pontificum, Procerum & Nobilium Regni Poloniae nomine ad te venimus, Princeps Clarissime oratum, qui solum Regnum nostrum imò tuum labefactatum astollere, & decerpsum reintegrare tueriq; enixè & egregie potes, si ad Regnum Poloniae te per nos reduci, & illius successione paterna sceptra tibi debi-

Legati Po-  
loni ad B.  
Richezam  
veniunt.

B. Richeza  
cōpatitur  
Polonis.

Poloni B.  
Richezam  
muneribus  
afficiunt.

Poloni B.  
Richezam fi-  
lium Mo-  
nachum  
reperiunt.

S. Odilo obiit  
1048. Cal. Ia.  
Oratio Po-  
lonorū ad  
Monachū  
Regem.

dēbita regere velū; neq; preces nostras, & totius patriæ, neg; labores nostros, quā te per  
varias regiones, nationes & populos, discurrendo quæsiuimus, despctum iri finas: Veni  
igitur seditiones fedaturus Polonicas & intestinas, eradicaturus illorum discordias.  
hostes abacturus ab eorum faucibus, & Regni tui erupturus reliquias: & alia pleraq;  
his addidere, que vel truculentum Scytham quempiam ad commiserationem mo-  
uere potuissent. Quibus subiicit Author: Recognoscit CASIMIRVS Dux Regni sui  
Proceres, & de illorum aduentu iubilo immenso iucundatur & exultat, quid tamen  
agat, quem affectum, quem vultum Legatis & Proceribus Polonie, quorum aduen-  
tus causam ipsis prudentibus habeat non ignotam, exhibeat, penitus ignorat. Iam  
enim regulam B. Benedicti professus erat, & Diaconatus gradum suscepserat, alieniq;  
iuris & arbitrij factus, etiam communionem conuersationemq; cum Legatis, non  
nisi Abbatे permittente, nedum regreſſionem in ſeculum nouerat ſibi profefſionis  
virtute interdictam: Quacum Legati Polonorū Duce eorum Casimiro referente  
didiſſent, Abbatem Cluniacensem conueniunt, congruisq; muneribus ipſi preſenta-  
tis, cur & vnde venerunt, exponunt, petuntq; ob neceſſitates ingruentes reddi ſibi ſuum  
Regem, Regni legitimum ſuccelforem. Abbas autem Cluniacensis vir ipſe eruditus  
& induſtrius, prudentius & experiorum virorum communicaſo confilio, Polonorū  
Legatis reſpondet, ſe quidem ad gerendum petitioni & requiſitioni eorum morem e  
compaſſione singulari, ut calamitatem Polonici Regni depelli & sanari poſſint, bene-  
volū atque prouum eſſe, non tamen ſuę potestatis fore, vt & Monachum & Dia-  
conum è religione professa emancipet, & in terreni Regni regimeſine præuaricato pro-  
fessionis ſue tenore ſuccedere permittat. Proinde ſupremum in terris tribunal, ſu-  
premanq; potestatem, Sedem videlicet Apoſtolicam Romanam, & Vicarium Christi  
adirent, & neceſſitate publicā Polonie Regni eiusq; conditione & ſtatu ſummo Po-  
tifici declarato, Principem Casimirum reddi poſſerent, eā benignitate ſummuſ Pen-  
tificem preditione eſſe, vt afflictorum & calamitosorum precibus non poſſit non mo-  
ueri, & Regno cui ſuę debetur miseratione, propitiacionem non preſtare non poſſe,  
ſine verò Apoſtolicis mandatis, in remittendo abſoluendoq; Monacho, quam grauiſ-  
ſimè pro ſalute publicā paritum. Cluniacensis Abbatis reſponſo accepto,  
Polonorū Legati, eti; illos non mediocris habere moleſtia & amaritudo  
quod Principem ſuum regulari profefſione, & Diaconatus officio intellige-  
rente irretitum, duplicemq; illum nodum non ſine plurimorum laborum  
& difficultatum interpoſitione ſoluendum: ovinia tamen, etiam extre-  
ma ſe deuouent perpeſſuros, dummodo ſalatem miserabilē & afflictę patrię reſerre Poloni pro-  
poſſint. Ex Cluniaco itaque factō diſciffu, rectiori quo poſſunt itinere Romam ten- Rege Mo-  
dunt, quo cum incolumes perueniſſent, à Benedicō Papa nono benignam audientiam nacho di-  
ſortiti, quibus bellis, quibus cœribus & ſpoliis Regnum Polonie, tum ab externis, tum mittendo  
a pro- Papā adeūt

Rex Casi-  
mirus Mo-  
nachus  
Diaconus  
Poloniab  
Abbate pe-  
tūt dimitti  
Regem  
Monachū  
Abbas Po-  
lonos ad Pa-  
pā remittit

ad propriis, propter carentiam & exultationem stirpis Regiae, usque ad internectionem confectum sit; quibus quoque ex causis restitutio Principis eorum Casimiri, per Cluniacensem Abbatem negata sit, declarant. Atque demum Pontificem his compellant verbis: Ex te, Sanctissime Pater, nostra & totius Regni Polonici salus & restauratio pendet, tu solus patria nostra potes sanare discrimen, tu bellum furem inhibere, te patria nostra inuocat, te intinetur, ad te fiducialibus precibus recurrit, tua maximè interest, facili auctoritate & decreto ei prestare gloriam & quietem, salutem & integritatem, per te regionum nostrarum sanari debent vulnera, quibus præter te nemo mederi potest, ut Respublica Regni nostri Polonici, seu discordia miserabiliter prolapsa, in prosperitatem pristinam pace confecta, vigoreq; resumpto, diuinitate propitiâ, consurgat. Maturato opus est ni citro succursum fuerit de capite, de fortunis insonium, de totius insuper corpore Regni actum esse.

Nec semel Papam & Cardinales petuisse contenti, frequentius petere & instare perseverabant, rogantes ne se frustratos abire post tantos labores fatigationesq; triste responsum in patriam referre paterentur. Compateretur summus Pontifex, benignitate paternâ, Polonorum Regno miserabilibus cladibus obvito, non aliam habentis fiduciam, quam si esset sine capite truncum corpus, sine oculis frons & facies tenebrosa. Legatione Polonorum Benedictus nonus auditâ, quid facto opus foret, aliquanto tempore cum Cardinalium Collegio ceterisq; timoratis viris & iuvenis liberat. Res enim ut supplicatio noua, & sine exemplo ad se delata, difficultates in non parum in utramque partem difficultatis & periculi secum trahens, alta londimittendo gaq; indagine & deliberatione, ut dirigeretur, summum Pontificem impellebat.

**Rege Monacho Diaconoq; & Diacono.** Nam ex Monacho Diaconoq; Laicum efficere, solemne religionis & continentie votum, transgressionis in diuinam legem facinus ingens censebatur, & laboranti afflictioq; Regno non prouidere, erat specimen parentis crudelitatis, que à Sede Apostolica, benignam se omnium Matrem vocitante, longè abesse debet. Monebant autem tantæ Sanctitatis virum facies miseranda Legatorum, viles & obsoletus habitus, vultus supplices, demissa supercilia, & verborum humilitas. Intelligebatq; vir Apostolicus, propter defectum Regalis regiminis multas Polonis iacturas accidisse, vt pote militum dissensionem, populi concussionem. Regni depredationem, fidei subversionem, Episcoporum & Sacerdotum indignam oppressionem, virginum deflorationem, & coniugalis pudicitia contaminationem. Itaque post va-

**Dispensatio** rios tractatus & concertationes hac in re habitas, dum plures via Polonorum Le-  
**Apostolica** gatis à summo Pontifice proposita, vel ut dura & intolerabiles repudiarentur. Ea tan-  
cum **Rege** dem à summo Pontifice decretâ, & à Polonorum Legatis recepta est. Et tunc de-  
**Monacho** summus Pontifex Legatorum precibus annuit, & Casimirum illis precariò Re-  
**Diacono.** gem dedit, uxorem illi ducere, & filios procreare concepit.

Dona

Dona tamen Apostolica, exempla non habentia, nec vñquam alicui persone, aut regioni concessa, rata esse decernit, si illa lex à Polonorum Legatis suscipienda, & perpetuò seruanda promittatur. Princeps Poloniae Casimirus dispensante summo Pontifice, Monasterio Cluniacensi exeat, habitusq; regula, & gradu Diaconatus abdicatus, solutus & liber, paternum & auitum regnum instauraturus, illud resumat, nutbendi & in spem Polonia Regni successores generandi habens potestatem: Sed tum Polonorū regiones, ac regnum in signum præstii, per Apostolicam Sedem, accepti, in magno necessitatī sua articulo, beneficij, B. Petro & successoribus Romanis Pontificibus de quolibet capite nobilium (capitibus circum scriptis) vſualem nummum annis singulis soluere, cesarium capitū & comam, barbaro more non nutritre, sed auribus parentibus, instar Religiosorum Latinorum, tonsuratum caput, gestare, & in precipuis Christi, & Virginis Marie Matris eius, festiuitatibus, panno linteo albo, in stola modum dependente, ceruicem exornare, perpetuò sic astrictum. Ut his tribus signis ex Monacho, & ex Diacono, Apostolica concessione & benignitate, cum aliter concretum periculum dispelli non possit, Polonus Regem sibi creatum, & redditum recognoscens, tam in Deum, quam religionem Christi, sit gravior, atque deuotior. Ita eum plane veluti auctō fœnere, ut pro uno sibi oppignorato votis solemnibus Monacho, eum cum reddit Ecclesia Polenos oēs quodammodo tonsura Monachos (quoad fieri licuit) habitus schemate solemnibus diebus religiosos præferentes, & annui penitiatione tributi perpetuò obligauerit. Quocum nobiles omnes pariter astrictos tradat Longinus, miramur quomodo Chromerus eā tributi penitiatione, minimè deuinctos fuisse dicat, Nobiles, neque Clericos sacris addictos, Ritum autem illum, ut cum sanctum Euangeliū in sacris Missarum solemnibus inchoatur, Poloni gladium stringerent, ac mediotoenus evaginarent, in signum prompti animi, in defensionem Euangeliū, etiam si opus sit armis, iam à tempore Mieciſlai Polonorum Regis inoleuisse Chromerus tradit; seruauit ista omnia populus sui natura, religionis custos, veritatis cultor & amantisimus equi. Quomodo autem hi acceptis à Sede Apostolica perpetuò conservandis decretis, Cluniacum sint reuersi Legati, literisq; Pontificis patefactis, receperint suum Principem, eumq; reduxerint in Poloniam, à quo profuga: is sceleratis, ipsum Regnum fuerit in statum optimum reuocatum, & quomodo ad debellandos hostes affuerit ei diuinum auxilium, Angelico ministerio exhibutum, idem author pluribus narrat; sed haec nobis sat is ad institutum, quomodo insuper in gratiarum actionem Monasteria extruxerit, ad que habitanda suos in Galliis vocauit Clunienses, idem Author inferius scribit. ] Hucusque Baroniū, & quem assert Longinus,

Conditiones Apostolicæ dispensationis.

F. Ca-

## Caput Duodecimum.

## DE MORTE ET SEPVLTVRA B. RICHEZÆ.

**C**luniaco igitur discedens **CASIMIRVS**, vna cum Polonorum Legatis, Matrem suam B. RICHEZAM Brunopoli (aliisin **Sa-lesfeld**) inuisit, à qua pretiosis locupletatus donis, & egregiâ Alemanorum equitum caterua stipatus, instructus viatico, recto itinere ad Henricum III. Imperatorem in B. Swiperti Werda (nunc Cæsaris-Insulam dicimus) commorantem contendit, indeq; in Poloniam profectus. Ipsius verò Parens B. RICHEZA cum reliquum vitæ sua, & habitu decorasset religioso, plurimum vtens familiariter sacris Antistitibus, Pelegrino potissimum, Hermanno fratre suo, S. Annone Archiepiscopis Colonensisbus, & B. Leone summo Pontifice, vt ex archiuis insinuauit, & sacrís orasasset largitionibus, ac complura excitasset templa, Anno Dñicæ Incarnationis millesimo sexagesimo tertio, die 21. (alias 1057. die 24.) Martij in **Salefelb** Saxoniæ oppido sancte obdormiuit in Dño; ipsius reliquias S. Año Archiēps. Colonensis Coloniā transtulit, cum hac ad caput ipsius & in plumbō incisa inscriptione.

Anno Dominicæ Incarnationis millesimo LVII. (MLXIII.) secundo Idus Aprilis Richeza Regina, ab Annone secundo, Sedis huius venerabili Archiepiscopo, atque praesentis Ecclesiæ Fundatore, cum ingenti totius Cleri & populi frequentiâ honorificè sepulta est, & per ipsum inducta Pontificem duobus ornatissimis prædiis sibi precariò collatis. Nono \* Kalendas Aprilis obiit.

Epitaphium hoc aliter ab aliis scio lectum, atq; ex diuersa ratione cōputandi & æra diuersa M. S. &c. rchiūū Bravile ense ab illo, seu potius ab illius altoru lectione discordare, & ann. 1063. fatalē B. Richezæ Reg affignare. In plūbo verò fatalis quoq; dīci nota ferè oculos fugit, deinde vbi lego sibi precariò, duę hę literę S. P. habētur, quę etiam sibi Pontifici vel sepulture perpetuā explicati possunt, & alias interpretationes admittū-

Mors B.  
Richezæ.

Epitaphiū  
B.Richezæ

\* Aliis 12.  
Cal. April.

F. Sancto  
Petro vel

## Caput XIII.

DE EXORTA LITE PROPTER B.RICHEZÆ  
corpus, & quosdam census loco sepulturæ reliquias.

**I**N historiæ nostræ capite 2. ex veteris Brawilerensis Abbatia æ archiuo innueram, B.Richezam delegisse sibi tumulum in Monasterio Brawilerensi. Verum ab obitu ipsius, acris Monachos inter & S. Annonem cœpta est cōtentio. Monachi enim piæ Matronæ desiderio satisfacturi, exuuias apud se tumulandas asserebant: At Annoris Coloniensium Archiepiscopi inclinatio ad Ecclesiâ B. M. V. ad Gradus ferebatur, ut eam sacro hoc pignore honoraret. Atque ex hac controuersia aliae demum pullularunt lites, de quibus vita B. Wolphelmi Brawilerensis, septimo & octauo capitibus, apud Surium 22. Aprilis, prolixissimè au-

tem in M. S. vita Fundatorum Bravvilerensium. Quæ quidem si hoc transcribamus, ne quis B. Annoris honorem vocet in dubium, aman- **Hermānus**  
damus lectorum ad Cæsarij Heisterbacensis libri octauo de illustribus **Archiëps**  
miraculis caput 69. Ut tamen nostra tempestate, Ecclesiarum Præpo- **mortuus**  
siti exemplum habeant, quanta ipsis pro domus Dei sit certandum li- **1056 Suc-**  
bertate, Emundatores verò & inuasores bonorum Ecclesiasticorum **cessit Anno**  
vt videant, quod sèpe posteritatis iudicium sibi timendum sit, li- **B. Richeza**  
bet eam manuscripti relationem hic inserere: **Anno**, inquit, donat Año  
Dominice Incarnationis millesimo quinquagesimo sexto, defuncto pio Archipræsule **ni Archépo**  
**Hermanno**, succedit ei in Episcopatum, vir venerabilis **Anno**, qui quamvis **Colonensi**  
sancta Religionis approbatus cultor fuisset, interdum tamen proprij plus arbitra- **Salefeld**  
tus, . . . . . tenax, . . . . . quod sentiens Richeza Re- **& Coburg.**  
gina, habito prudentum apud se consilio ratum duxit esse, Pontificem beneficiis pla- **Clotteno**  
care, Veniensq; ad eum in Insulam S. Sviberti commorantem cum Imperatore, S. verò S. Ni-  
Petro Salefeld & Coburg / S. Nicolao verò Clotteno, per manum Mundibordis colao per  
sui Henrici Comitis Palatini de placito sibi ad vitam vsfructuario sub solemnî dedit manus Mū  
traditione Vbi max Archiantistes eodem animi voto, eadem q; sententia quas. Petro dibordis sui  
& sibi Salefeld & Coburg / Clotteno S. Nicolao & Abbatii Tegenoni, qui pra- Henrici Co  
sens erat, vt ipse Imperator sub diu agi iustum fore dicebat, banno suo, terribili mitis Palat.  
sub anathemate . . . . . earundem rerum perpetuò possidenda confir- Tegeno  
mabat; . . . . . Anno autem post hoc millesimo Abbas.  
sexagesimo primo, cum iam perfectum esset in Brawilere Monasterium, idem Re- Apud Bra-  
uerendissimus Archipræsul Anno quod sui erat officij expleturus, cum Egilberto Min- vvil charta  
densi B.Richezæ

densi Episcopo eo veniens & sub veneratione sanctorum Confessorum Christi , pariterq; pontificum , Nicolai atque Medardi , eiusdem Monasterij dedicationem tertio Calend. Novemb. consummavit , & ita ut erat sacerdoti alibus induimentiis insulatus , aliud consilio Iesum testor , Clotteno specialiter , & reliqua generaliter prædia , sacro illi collata loco , struxit Monasterium suo secundâ vice confirmavit . Construictum est & aliud ex eiusdem gloriofissimae famina atque Regina sumptibus , Monasterium , per Adelberonem VVittenburgani pVVirtz gensem Episcopum , in loco vbi S. Kylianii , sociorumq; eius sacrum extat martyrium , burg. Epim. , utpote cuius Episcopum ex eius numerosa familiarium clientela cum omnibus que ad alias 1075 oppidum Salgo pertinent , regia prorsus munificentia adiuctum est , verum non multo post anno scilicet Dominicæ Incarnationis millesimo sexagesimo tertio , 12. Kalend. Aprilis \* apud Salefeld ipsa defuncta est , corpus vero eius religioso tantoq; famina congruo apparatu Colon. delatum est , ibidem Archipontifice insidente vantur corpore B. Richezae Funeris non solum Fundatrix suæ corpore , sed & Clotteno priuatus est . Superdatricis . quare , ex industria Abbatis & Fratrum formata , in persona S. Nicolai , S. Anno epistola , sibiq; in presentia reliquorum etiam Episcoporum missa , correptus est . Clotteno Cuius hoc exemplar est :

Nicolaus Dei Gratia Mirrhensem Archiepiscopus Annoni fratri &c.

Sub nomine S. Nicolai ad nescio ob quam causam mei sic grauiter exarsisse . . . . . restituitione Quanto igitur excellentiorem locum tenes inter homines , tanto aspectui omnium patres , epistolâ & ideo non solum reprehensibile sed etiam quodvis vel quod agis debet esse laudabile . Sciat autem fraternitas tua , quia fratres , qui sunt in meo Monasterio , non monetur sicut tibi dictum est opibus abundant , sed multa eos sapienter constringit egestas predium autem Bravolre quod Mathildis Deo dilecta à marito sumpsit in do- Brawileræ . te , illud eos enutrit in pane ceruisia , sagina , & l'gumine , nam cetera prædia que- ses erat ma- supersunt , nec uno quidem mense possunt panem sufficere , vini autem tanta co- liè delati a- pia est eis , vt si nimia abundantia orbem terrarum repleuerit , pro miraculo sit pud S. An- si ultra 3 carretas meruerint , he sunt opes nimia , quibus dicuntur fratres mei non em . superabundare . His igitur prelibatis rogo tuam dilectionem per illam que in- fecta ter Deum & homines charitatem , . . . que hereditario iure mibi relicta sunt restitue , ne ad communem iudicem clamor meus veniat . . . .

Otto Capell. Sed mirum dictu . . . . . Capellanus eiusdem RICHEZÆ B. Rich quod Regine , Otto nomine , iustas suæ luit paenas perfidie , . . . . . siquidem per sublatarū idem ille Otto ab eadē venerabilis Regina in mandatum acceperat , vt venerant reliquiarū do das Sanctorum reliquias , quas in scrinio decenter ornato condiderat , post mortem nationem meam suam

## POLONIÆ REGINA.

45

suam Brunwilem deferret, sed ille cœns auaritiam, earum pretio paclius prepositu- ritus esset præram... mox ut in Saxoniam ad sua cum Archiepiscopu[m] reverentur, quadam in sylva positurā grāictū fulmis tactus, ab equo cui insederat, præcep[er] agitur, tanta autem inundatio uiter puniuit. pluvia tonitruum est subsecuta, ut ex eius effusione valida, attriti corporis cinere eum arena iauoluto, sola tantum ipsis dextra manus integra sit reperta. Nihilomi- S. Anno me nus vero successor Abbatis Tegenonis, Dominus VVolphelmu[s], ..., parum proficiens. ditatur resti-

Quæ sequuntur, ex manuscripta vita S. Wolphelmi, liber in serere. tutionem! Post aliquot tempus Archiepiscopus Anno incidit in grauem infirmitatem, cuius Clottensis incommodo dum vehementer anxiaretur, & mortis articulus imminere capisset, municipij. venerabilis Abbas noster VVolphelmu[s], visendi eum gratia adiens, & inter cetera consolationis verba, huius rei mentionem ingerens, monuit cum piâ sollicitudine,....

ad dens nisi per emendationem mutaret commissum perniciosum, anima imminere periculum, cuius ille ut erat mentis ingenuæ, benigne suscep[er]ta admonitione sciens eum virum iustum, & sanctum humiliter quidem eius se commi- dabant orationi, sp[irit]usq[ue] in proximo, aut idem bonum redditurum, aut aliud reciprocâ vicissitudine pro eodem restituturum. His exhilaratus promissionibus, gau- dens remeat ad propria, Domini seruus noster Abbas VVolphelmu[s]; sed proh dolor, ... Clotteno immatura morte preuentus obiit: ... ] Haec tenus Mſca vita S. Wolphelmi, recuperata se sequuntur, Mſca vita Fundatorum Bravvilerensium continuat: tur, sub Re- Eo defuncte regiam presentiam, plurimo labore sui, suorumq[ue], super hoc negotio ge Henrico ollicit abat, deniq[ue] tam diuino labore institit, donec Rege Henrico Imperante, pre- & admini- ipue tamen p[ro]prio Palatino comite Hermanno sibi per omnia fideliter adminiculante, culo Her- cermittente vero superdicti Archipontificis successore, Hildolpho, Clotteno recepit, manni Pa- & exacte ab Incolis fidei iuramento, in usum propriæ possessionis redigit, cu[m] latini. fideli virtute qualis habita esset animi constantia, in quadam eius manifeste contine- Hildolph<sup>9</sup> successor S. Annon. Epistola S. Wolphel- mi ad Hen- ricum Regem.

Domino Henrico Augustorum sanguine, Dei gratia, Romanorum Regi, Wolphelmu[s], cum omni Bravvilerensium congregacione,

Fidem, cum intentissima precum deuotione, misericordia vestra genibus pro- uoluti. Quod cōquesti sumus, iterum conquerimur, quia pro iustificatione, quam no- bis fieri præcepisti frustra clamantes tadijs arterimus. Est autem querimonia nostra super quodam prelio, quod Clotteno dictum B, Nicolao quando puer fuisisti, immo quia fuisisti, est ablatum, quod quia tunc vestra non prohibuit infirmitas puerilis, a- spiret

**Miracula a.  
pud sepult.  
S. Annon.**

Spiret Dominus ut modo corrigat auctoritas virilis, nullumq; patiarur ecclesiasticae censuram infirmare, quamvis etiam dicatur miraculis coruscare. Nam cuncte sint duo nativitates miraculis coruscantium, vetus Adam, & nouus, boni malique gereret, inter se compugnantium, ac ex bono quidem eorum statuit nos Dominus Deus informari, malum vero vel in B. Petro, praeferit quod Christum negavit, non debemus imitari, cur enim egressus fleuit amare, si non malum fuit Dominum suum negare. Ex his ergo bona eorum, non mala imitari nos debere intelligitur, & mox in eiusdem miracula que faciunt ob ea tantum que imitatione digna sunt, fieri colligitur, quod si miracula eorum nulla mala struunt, nec ecclesiasticam censuram, quod ceteris malis aliquanto grauius est, destruunt, ergo ne miracula que fieri dicuntur, ad sepulturam Domini nostri Archiepisc. Annonis, nostram querelam apud Vestram Clemetiianam videatur impedire. Qualiter Imperator Augustus pater vester Henricus, pro nobis agat, dignetur Vestra Serenitas audire, nam in charta quam nobis fieri iussit, de Domino nostro Archiepiscopo Hermanno, & suis sororibus, ita loquens: Nostram, inquit, adiuere Clementiam rogantes, ut eam loco Brunswilre nominato, libertatis statueremus gratiam, quatenus ab omnium presentium & futurorum, ita Pontificum quam Regum seu Imperatorum, liber dominatu letius tam pro nostra quam pro ipsorum salute vacaret, & post pauca.

Hanc etiam petitionem iustum, ac piam agnoscentes, voluntati eorum prebuum assensum, laco illi Brunswilre nominato libertatem statuentes, atq; ut rata & inconuulsa maneat in perpetuum, cartam hanc libertatis conscribi, manuq; propriâ corroborantes, sigilli nostri impressione, iussimus insigniri: quam si quis infringere teneat, Scad primum iram Dei, Sanctiq; Petri, simulq; omnium Sanctorum incurvat; Sciatq; se composturum auri purissimi libras centum nostrae cameræ medietatem, Archiepiscopo alteram medietatem. Ecce si munera desideratis, Vos & Dominus noster Archiepiscopus Colonensis sine peccato, Cesaris edictum utriusq; cameram ponderibus onerat immensis, si tamen infligetur unde nobis causa mouetur .....

Controuersiam haec tenus enarratam, anno Domini Millesimo nonagesimo, compositus hisce tabulis, Hermannus Tertius Archiepiscopus Colonensis.

In nomine Sanctissima & Individuae Trinitatis. Notum sit omnibus fidelibus in Christo, tanta futuri quam presentibus, qualiter ego Hermannus III. licet peccator, Colonensis Archiepiscopo desiderio desiderans, pro humana fragilitatis possibilitate, iniuriam molimina, controuersiarumq; litigia, ex vniuersis Episcopatus nostri terminis procul eliminare, statuimus, decreuimus, odibilem discordiam, diutinamq; concertationem, que inter duas, è nostro Presulatu, congregations, videlicet Canonicos de Monast. S. Marie, quod est in Graubus, & Monachos de Brunswilre diu .... dura-

durauit, pace sequenti finire, nam cum ob predium quod RICHEZA Regina in Clotteno habuerat, & Ecclesia qua in Bravilre in honore S Nicolai fundata est, tradiderat, sed Dominus ac predecessor noster Anno Archiepisc ad prefatam S. Maria Basilicam, postea contulerat, ex vtrisq; querimoniarum, Crebrius infestaremur, molestijs, prudenti priorum, ac familiarium nostrorum, consilio, nec non vtriusq; congregationis precatu deuoto, ac assensu voluntario, deliberatus, quatenus prefati monachi Clotteno absq; iniuria contradictionis retinerent, & Canonicis S. Marie bona qua in Uncleba ch habuerant & Reigem age dimidiam arpennam, & mansum, quinq; solidos persoluentem, & in Eurendale 18. Soli, & in Eugritsche vniuersitate prius habuerant, tam in agris, quam in areis, in rinetis ac mancipijs, omnibusq; prorsus appenditijs, nec non in Sigenell 4. arripiendas redde-  
ret, vnde auctoritate Patris, & Filii, & Spiritus S. sub interpositione perpetui anathematis, & diuinae unctionis animaduersione precipimus, asserimus, quatenus h.ec Pontificalis nostra sententia decreta, perenniter statuta, in uiuolata obseruentur tenaci memoria. Si quis ergo ausu temerario, huius nostri decreti, in sinetu diabolico, corruptor violetus, existere molitus fuerit seu presumpserit, perpetua anathematis execratione se ex auctoratum intelligat, & aeterna damnationis incendia, nisi respicendo infesti sceleris machinameta correxerit, nequaquam evadet. Ut autem totius contra-  
dictionis, etiam benignitas plena stipulatione extirparemus effendicula, hanc pagi-  
nam priuilegij inde conscribi, proprijs sigilli impressione insigniri mandauimus. Te-  
stes quoq; procurauimus adhibere, quorum hec sunt nomina: Iohannes Spirens Episc., Hermannus Prepositus S. Petri, Gerhard Decanus, Arnold Prepositus, Rudberde Prepositus, Johann Prepositus, Diederich Preposit Hecil. Prepositus, V. Wolfhelm Abbas, Hermanus Abbas, Isaac Abbas, Hartman Abbas: Laici Steph. Comes Ger- hardi in Hochstade, Arnold: Praefectus urbis, Adelbrech de Saffenberge, V. Wolff de Monte, Adelbert de Duna, Suitger ministerialis Limesi, Sieboldt, Regi- nold, Ottvvin, Arnold, Meginzhe, Tizelin. Facta sunt hec in Colonia Anno Domini-  
nicæ Incarnationis Millesimo nonagesimo Indictione 13.

## Caput Decimum quartum.

## TESTIMONIA DE BEATITATE RICHEZÆ.

**C**olophonc operi addant haud pauca de B Richezæ sanctitate te- **Vita S.**  
stimonia, atq; monumeta à majorib. nostris accepera. Cöradus im- **Wolphel**  
primis Monachus Bravil in vita B. Wolfhelmi, quā circa ann 1094. mi de B. Ri-  
scripsit ita loquitur; Dñs Richeza cuius Genitores Bravil & Fudamentis extru- **cheza.**  
xerunt cœnobium, Fidei ac deuotionis eorum emulatrix existens, terrenarū posses-  
sum suarum, Ecclesiæ Dei fecit heredes, vt regni cœlestis ipsa compos effici meretur  
& ha-

Martyrolo- & heres Deinde martyrologiū Vuardi , ex additione Ioannis Molani ,  
gium Mola 13. Cal April. die 20. Martij, de eadē inquit, Colonia ad Gradus obitus Rixa  
ni de B. Ri. Regine, neptis S. Annonis Episcopi, cuius nō canonizata corpus patet in magnis festis,  
cheza. Cū quo conspirar & Petrus Cratepolius, ex ordine S. Francisci Minor,  
Conuentualiū ~~S. Petri ad vincula~~, in catal. SS. Germaniae Lit. R.S.

Cratepo- Rixa, inquiens, Regina ..... consanguinea S. Annonis Episcopi Colon. Colonia  
lius ~~Regina~~ ad Gradus Marie requiescit. De cuius Canoniz.atione non constat; Illud tamen  
~~de B.~~ obseruandū est, labi hic nonnihil Cratepolium, dum in catalogo San-  
Richezā.ctorum tradit, illā Vngariae fuisse Reginam; atq; peius hallū: in natura in  
annalibus, vbi agit de S. Annonis morte. Item in Hermanno III. S. An-  
Sacrarium nonis Successore, vult eam vxorem, fuisse Lotharij Augusti, & Her-  
Agrippinē- manni III. sororem, cum Hermanni II. soror fuerit, ac ante Herman-  
se de B. Ri- num III. tempore B. Annonis sit defuncta. Deniq; prioribus similia  
cheza. traduntur, in Sacraario Agrippinensi folio 75 his verbis.

Nouus Ca- In septima collegiata Ecclesia, ad Gradus B. M. V. ante chorū, in eleuato  
talagus SS. Mausoleo, sepulta iacet Dña Rixa Regina ..... S. Annonis Episcopi Colon neptis,  
de B. Rich. matrona Deo & hominib dilecta, cuius, nō canonizata corpus, patet in magnis festis.

Philippus Ferrarius Alexandrinus, ordinis seruorum B. M. V. in nouo  
Monumen Catalogo Sanctorum, qui in Romano martyrologio non habentur  
ta in testi- hæc tradit: 13. Cal. April. Colon. Agripp. B. Rixa Regine.

moniū san- Prioribus testimonij, nonnulla placet à majorib nostris excitata  
titatis B. subiçere monumēta, ex quibus colligamus, quā, ipsi maiores nostri, de  
Richezā. B. Richezā sanctitate posteritati reliquerint existimationē. Principem  
inter ea omnia locū obtinet Mausoleū, in quo sacræ ipsius exuviæ sunt  
reconditæ à B. Arhone Archiepisc. in media ad B. M. V. Gradus Co-  
loniæ Ecclesiæ, ædificatū: Quadratum illud è saxo Drachenfelszico elab-  
oratū, 4. pedum altitudine è terrâ assurgit, ac 7. pedes longū, latumq;  
duos, ferreis circum datur clavis: Ad quatuor angulos totidem ænea  
candelabra eminent, Laterum porro intercolumnia duodecim co-  
ronant Apostoli pictoris manu expressi. In frontispicio orientali

B. Richeza nostra **Regina Polonorū** & frater illius

**Hermannus pius Archiepiscopus Coloni-  
ensis**, radijs circumfusi Diuinis, conspicuntur; ac demum in  
facie ultima, & auersa, occidentē versus, angelica ad Deipatā salutatio  
exprimitur. Ipse sarcophagus duobus clauditur opericulis, altero fer-  
reo, altero quercino, utriusq; tamen perforato ore, ad excipiendā Pio-  
rum

rū hominum stipē. In solemnib. olim ferijs ligneū amotiebatur operculū, estq; id, quod Auctores supra citati dixere, *corpus patrē in magnis festis*. Et licet hodie non ostendatur „ ego tamen anno supra 1633. cū ad historiæ veteris notitiā, curiosius, sacra Colon. monumenta perlustrarē, obtrinui; vt sepulchrum B. Richezæ Reg. Pol. 12. Apr die, in Ecclesia B. M. V. ad Gradus, p̄sensitib. R. moD. Ottone Gereone, Archipisc. Cyrenensi, Ecclesiæ Decano, & Io: Nevvman, ac Ioann. Richarte. Canonicis, aperiretur, quo mihi liceret ossa sacra accuratius scrutari. Deprehendi ergo, ea sine ordine dispersa, ac gossipio inuoluta, tegebantur ipsa stragulo serico, sicut & byllo vestiebatur tūba lignea, mar moreo inclusa Mausolæo: Caput reticulo aureo astrictum, incumbebat puluinari, sub quo latebat plumbea lamina, cui insculptum erat, quod supra retuli Epitaphium: Caput deniq; pretioso ornabatur dia demate sex fibulis astricto, in quibus multa sane arte, quæ hic exhibeo insignia representantur.

Plumbeū  
epitaph. B  
Richezæ.

Corona B.  
Richezæ.



Monumen  
tum in ho  
notem 8.  
Richezæ  
prope eius  
sepulchrū.

Alterum B. Richezæ monumentū, in eadem ad Gradus Basilica,  
hand procul ab ipsius tumulo, columnæ appiætū, priora repræsentat  
antiquo opere insignia, inter quæ duæ exiguæ circumplexæ toreumate  
imagines, quarum vna Episcopi, altera B. Richezæ, vtriusque caput  
radij circumfulgent, cyclades, quas pluuiales dicimus, quadris iungü-  
tur pectoralibus. Et quidem pectorale Sanctæ nostræ, sicut & liber,  
quem manu exhibet, præter medianam aquilam, Palatinorum Comi-  
tum exhibit Leonem, cum hac inscriptione RICHEZA REGINA. E-  
piscopi autem imago, quin repræsentet Hermannum Pium Archie-  
piscopum Coloniens, B. Richezæ fratrem Germanum, nullus ambi-  
go, cum in illius pectoralis medio, insigne Diœcœsos Coloniens, ni-  
gra nimis Crux, vñā cum Leonculo continueatur, sicut & infra pe-  
des Leo expressus.



Tertium

Tertium in eadem Basilica monumentum reperi Sanctæ nostræ statutum esse in fenestris Chori, ubi inter duos Collegij illius tutelares, nimis inter SS. Annonem & Agilolphum Colonensium Archiepiscopos, media collocatur Richeza, cum hac inscriptione:

## S A N C T A R I C H E Z A.

Similia inuenire licet in aliis quoque templis, atque imprimis Bravvilerensi & Clottensi ad Mosellam, alijsq; in locis, ad quæ olim B. Richeza sua bona agessit.

Quod autem in Clottensibus picturis tresenses sub pedibus B. Richezæ exprimantur, sit ad significandum gladij usum in tribus territoriis ab ipsa concessum.

F I N I S.

Ne, beneuole Lector, sequentes pagellæ vacent, subijcio quædam ex Archiis Epitaphia.

## E P I T A P H I V M

B. Ezzonis Palatini Comitis ex archiuo Bruuilerensi.

Nomen Erenfridi tribuat super aetherascribi,

Nomine pro cuius structa stat ista domus.

Ad quod eum factum coniunx carissima tractum

Flexit, & hac obiit, liquit & hic subiit,

Cuius secundi dederint cum pignora lumbi.

Subtraxit natis, quod daret hic Monachis.

Quem sub bis sensi Gemini misere Kalendis,

Qua souet ille domo, qui Deus est & homo.

21. Maij.

## Notatio.

**C**Vm B. Erenfridus obierit die 20. Junij in Salefeld, dies 21. Maij, quem Epitaphium insinuat, erit translationis in Bravviler. Vel  
Vice Versa.

## E P I T A P H I V M

B. Mathildis Comitissæ Palatinæ ex archiuo Bruuilerensi.

Otto Auus, Otto Pater, fuerant hysic Ottog; frater,

Sub queis Roma potens subdidit omne nocens.

Hac huius lecti structrix Dux feminæ facti

Machtith nobilius suscipit inde genus

Arcitonens ipsam quarto sub lumine fixam.

Transtulit ad vitam lucis in arce statam,

Cui quod debemus, quia non implere valemus,

Tu ser solamen, Christe Redemptor, Amen.

ELO-

ELOGIVM B. CASIMIR  
Ex Comite Palatino & Monacho Regis Poloniae, sumptum ex Meno-  
logio Benedictino Menardi.

**P**osnaniæ transitus B. Casimiri, huius nominis princi, Poloniae Regis, qui ex Mon-  
acho Cluniacensi, permittente sumo Pontifice, ad Regiam dignitatem subleuatus est.  
Fuit filius Mieciſlai Regis Poloniae & Rixæ. De ſolio deturbatus, Parifios venit, ſtudio-  
rum gratia; deinde in Italiam, vbi aliquot annos moratus, Cluniacum fercepit,  
& a S. Odone humaniter receptus, ſe Religionis ſacramento obſtrinxit, ibiq; à Polonia  
Legatis repertus, Benedicti IX. vel Clementis II. auctoritate, cucullâ poſita,  
Regnum paternum recuperauit.]

E P I T A P H I V M

Ottonis Duci Sueuorum, Fratris B. RICHEZÆ,  
ex archiuo Bruuilerensi.

Virgineum ſidus dum septem terminat Idus,  
Admonet, huc veniens ut legat iſta gemens.  
Heu ruit Ottonum flos Regum Magnificorum,  
Imperiale quibus ceſit in orbe decus,  
Flos hic eorundem tulit Otto nomine nomen,  
Cui Mathild Mater, cui ſuit Ezzo Pater.  
Dux qui Sueuorum moriens fit planctus eorum,  
Sed de morte Deus, hunc repara melius.

In Necrologio Effendiensi notatur ad diem 7. Septembris obiisse  
Otto Dux, & Effendiensi Collegio donasse curtem in Becke.

VIATOR AD B. RICHEZÆ APVD DIVITEM  
Romanorum Coloniam Tumulum.

**Q**uis iacet in tumulo? (tumulum quia cerno) Richeza,  
Diuite ſub terra, Diua Richeza iacet.  
Quis Diuam clauſit tumulo? Clauſere Coloni,  
Vrbe in Agrippina Diua ſepulta iacet.

In Mieciſlaum regno exturbantem B. Richezam.


**I**Tala diuitias signat gens voce Richezam,  
Diuitias Regno, Rex maleſane, fugas?  
De materia Authoris.

**M**ateria bonitate ſue dignoscitur Auctor.  
Diuite materiâ ditione Auctor erit.

Honoris in Bearam & Obſeruantiae in Patruum ergo luſerant  
Henricus Gelenius I.V. Candidatus, Canonicus S. Seuerini,  
& Ioannes Gelenius germani fratres, atq; Authoris Nepotes.



1746  
2



6695

7746  
2

